



Fa. 1143. Q.



DISCIPLINA  
SACRILEGIA  
VIRI FRANKENSTEIN  
HENRICO CHRISTOPHERO  
SCHIVSLERO,  
PATRONO.





COMMENTATIONIS  
DE  
ITINERE, IN HELVETIAM FACTO,  
*SPECIMEN PRIMVM,*  
QVO  
VIRO PERILLVSTRI,  
**HENRICO CHRISTOPHORO  
SCHVSLERO,**

IVRIS VTRIVSQVE DOCTORI CELEBERRIMO,  
SERENISSIMI ELECTORIS SAXONICI A CONSILII AVLI-  
CIS ET IVSTITIAE,  
REHNSDORFII, GERSDORFII SVPERIORIS & C. DYNASTAE, MVNERIS ECCLESII-  
ASTICI GERSDORFIENSIS COLLATORI SPECTATISSIMO,

**PATRONO,**

SVMMA OBSERVANTIA, AD CINERES, VENERANDO,  
SENECTVTEM BEATAM, INSIGNIA DE PVBLICA SALVTE MERITA,  
ET FELICEM, EX LVSATIA INFERIORI, REDITVM,

pie gratulatur

Christianus Henricus Müller, Phil. Mag.,

Gersdorffensum, in Lusatia Sup., Pastor,  
Societatum, Latinae Ienenfis & artium liberalium Lipsiensis,  
collega.

---

FRIDERICOSTADII,  
TYPIS HAGENMVLLERIANIS, ANNO MDCCLXVI.

VIRI PERILLI  
HENRICO CHRISTOPHO  
SCHVETERO



*[Faint, mostly illegible handwritten text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.]*



VIR PERILLVSTRIS,

PATRONE, PIE COLENDE,

**D**ixeris, jam superiori anno, PATRONE OPTIME, cum perlustrasses (ut hoc utar) itinerarium, quod, festinante calamo, scripseram, tempus TIBI, legendo, non sine omni oblectatione, fuisse consumtum, dignamve censueras & lectione aliorum partem istius libelli præcipuam.

Quod quidem TVVM, de opera, quam, in variis rebus colligendis, posui, iudicium tantam mihi voluptatem adferebat, ut non possem non, singularis præmii loco, illud habere.

Cogitans vero, deinceps, quam potissimum dissertationis, ad SOCIETATEM IENENSIVM LATINAM, mittendæ, summam constituerem, haud incongrue disputatum iri, opinabar, si, ex rerum collectarum multa supellectili, feligerem nonnullas, dictione pariter, ac ordine, proponendas paullo, quam ante, accuratius.

A ij

Quam-

Quamvis enim celeberrimum, quod Ienæ est, Musarum domicilium pridem jam reliquerim, & hoc ipso, ab *ornatissima Societate*, loco fuerim remotus; uno tamen consensu Viri Excellentissimi, Societatis DIRECTOR & EPHORVS, omnesque SODALES præclarissimi, inter socios ordinarios, me numerare decreverunt, & hanc suam in me voluntatem declararunt, non solum tradito diplomate, quod celsissimi PRÆSIDIS, HENRICI XXVI, Comitis Rutheni ac Domini de Plavia, nomen & insignia condecorant, sed etiam commendatione, *de bibliothecis, quas Cicero condidit*, epistolari, amplissimæ SOCIETATIS mandatu, pereleganter concinnata, auctore doctissimo Io. Matth. VNOLDO, Memminga-Suevo. <sup>(a)</sup> Commendabat mihi, sincere disertus, hic votorum communium interpretes illud præprimis negotii, ut *latini Sermonis indolem nativam, ad posteros, incorruptam propagare, omnibus ingenii viribus, contenderem.*

Cujus officii, ex laudatissimæ Societatis instituto, memor, & commotus insuper amore stili purioris, lubens ego volutavi scripta eorum, qvi, cum verborum castitate, numeri elegantiam conjunxerunt. Neque omnino segnis fui, ad elaborandum studii hujus specimina; superioribus annis, & Lipsiæ & alibi; quoad nimirum id licuit mihi, distento, primum academicis, deinde aliis non uniusmodi, occupationibus. Sed, quo minus meo *charissimam Societatem* nostram denuo publice salutandi desiderio facerem satis, impediverunt, adhuc, si vel discedam a patriæ calamitatibus, aliæ res, quæ circumsteterunt, quam plurimæ.

Sustineo, quod nostri, VIR PERILLVSTRIS, jam, per quinquennium, & quod excurrit, munus ecclesiasticum, DEI, ter optimi, provido nutu, TVA IPSI-

(a) Prodiit illa Ienæ, litteris Schillianis, anno MDCCLIII.



vs cura, mihi, nullo ambienti pacto, delatum. Neque obscurum est, quod, annui muneris partes expleturus, perpauca dierum horas succisivas, certe non multos dies habere possim reliquos. Tantum vero abest, ut, exstingui, prorsus, in animo, patiar, latini sermonis, ad veterem elegantiam conformati, amorem, ut potius perfuncto mihi laboribus ordinariis, vix, obtingat quidpiam, quo sustententer melius magisve recreer, quam libri, latine scripti, lectione. Quæ cum ita sint, non potest fieri, quin & ipsa me delectet scribendi exercitatio atque in magno pretio mihi habeatur.

Vides, nunc, PATRONE, *pie Colende*, causam & rationem, cur, in enarrationibus meis, TIBI submisisse dicendis, Romanum adhibere maluerim, quam patrium, sermonem. At, cum, ea quemque scriptorem lingua uti, deceat, in qua maxime valet; mihi autem major sit, in vernacula, mentis sententias exprimendi promptitudo, quam in ulla exterarum nationum; confici debuisset, ac, faciliori negotio, potuisset, opusculum hoc, verbis germanicis.

Sit ita sane. CICERONVM nostrorum SAXONICORVM aliorumque virorum insignium, quorum nominibus splendet *celeberrima Societas*, elegantiam & suavitatem ego quidem, latina scribens, non adsequar. Abhorrebit, vereor, sapissime, a puritatis legibus, mea oratio, & parum habebit sani coloris.

Nihilo tamen secius spero, futurum, ut faveant meis conatibus vel latine doctissimi, quando intelligent,

gent, *scripsisse parochum, latinitalis amantem.* Qui enim, dum illis fungendum est officio muneris publici, per hanc ipsam functionem, ab elegantiorum litterarum studio, retrahuntur, eorum, in scribendo, solertia reprehendi non solet, modo ne barbore dicta profundant nimis audacter. Quocirca nihil est, cur dubitem, quin facilem, in indulgendo, quemlibet sim habiturus.

*Singularvem quoque utilitalis suæ fructum mihi præbuit lingua latina, in ipso itinere, de quo, in sequentibus, disputabo.* Etenim, cum, quas Francogalli usurpant, vocum cognitione, vix ad sermonem quotidianum, essem imbutus, effecit qualiscunqve mea verbis latinis sententias volvendi facultas, ut in Francia & Helvetia, per plures, sæpe, horas, ac dies, nonnunquam, interesse potuerim colloquiis eruditorum.

Cum dulcissimo igitur recordationis sensu confesso PRIMVM HOC ITINERIS MEI MONVMENTVM UT REVERENTIAE TVI, VIR EXCELLENTISSIME, sic etiam LATINAE LINGVAE LAVDIBVS.

Nec vereor, futurum, ut consilii suscepti ratio TIBI displiceat, quoniam eruditionis, & amplissimæ & solidissimæ, qua multos antecellis, gloria TE litteratis hominibus, ea etiam parte, reddiderit venerabilem, qua, versatissimus in sermone latino, hunc ipsum facere tanti soles, quanti æstimatur a singulis, qui pretium ejus perspexerunt recte sapiendo. Quid? quod  
IPSE

IPSE mihi magnopere fuisti auctor, ut ne differrem tempus diligentiae, latinis litteris, porro, tribuendae?

Scio, VIR PERILLVSTRIS, hoc enim me dudum satis edocuit experientia, quod, multos sibi verborum honores decerni, non sinat praestans, quam, TVAE mixtam gravitati, veneramur, modestia & humanitas. Sed, liceat, quaeso, mihi, si non praedicare fufius, attingere saltem, in his litteris, maxima, quibus me, non merentem, ornare dignatus es, beneficia. Nam, tacere prorsus haec, recusat, gratitudinis sensu percita, pietas; quamquam vel ipsum pietatis nomen levius mihi meritis, erga me, TVIS esse videatur.

Debetur TIBI, PATRONE, *Parentis loco, Reverende*, perdulcis illa, felicitatis genitrix, animi tranquillitas, qua perfruor ego, ad sancti muneris mei provinciam suscipiendam, rite ac religiose vocatus. Acceptam refero, insuper, cum TVAE, tum, *submissee Honorandae* CONIVGIS, clementiae multiplicem fortunae, ad res domesticas bene gerendas, mihi divinitus adjunctae, amplificationem. Paterno, sane, ac materno, more consensistis, adhuc, insigniter, neque desistitis conspirare, ad meam utriusque generis salutem promovendam. Elucet, igitur, quantum intersit mea, vos, omnigena prosperitate beatos, valere, per longissimam annorum seriem. Non diffiteor, magnam esse multitudinem clientum, quos, in statum optabilem & fortunatum, VESTRA evexit benignitas. Sunt etiam, in his, quod, cum voluptate cogito, homines  
grati,

grati, & acceptorum, uti fas est, memores. Enimvero minime ulli eorum, unquam, sum concessurus, ut VOBIS cupiat melius, vos ardentius amet, aut majori colat reverentia, quam ego. Supremum, gubernans cuncta, NUMEN, in bene a VOBIS mihi factorum compensationem, vos, diu fenes, VESTROSQUE singulos, conservet, ex omni parte, florentissimos. Quod dum me precibus impetraturum, spondeo, habebit, arbitror, epistola mea, licet non plenam, aliquam tamen, grati & VOBIS devinctissimi animi declarationem.

Gratulor, nunc, VIR EXCELLENTISSIME! Et, quid potest esse suavius, quam PATRONO gratulari senectutem beatam? Gratulor de quibuscunque dotibus, quas DEVS TIBI constituit præmia TVÆ, adversus Ipsum, pietatis, exquisitæ, quam in TE admiramur, eruditionis, erga rem publicam amoris, in amicos studii, in subditos, aliosque cultores, liberalitatis, utilissimarum etiam, de nostræ ecclesiæ, & omni publica, salute, curarum. Gratulor TIBI, seni sanoque firmiter, in senectute, simili propemodum juventuti alacerrimæ. Gratulor dona tam corporis, quam animi. Gratulor de bonis presentibus; gratulor de spe futurorum, in qua spe Christianorum, præclare acta, superior ætas fructus capit jucunditatis terrenæ extremos.

Dum valent fenes, eruditi præsertim, ac de re publica meriti jam tempore pristino, apud eos recte statu-

statuuntur esse experientia, prudentia & consilium. Atque veritatem hanc, a sapientibus, axiomatis ad instar, sumi solitam, abunde intellexerunt SERENISSIMI PRINCIPES nostri, ADMINISTRATOR & ELECTOR. Quare TIBI, clementissime, cum singulari fiducia, seni quamvis, demandarunt & alia maximi ponderis negotia honorifica, & illud præcipue, quod, cum ILLUSTRISSIMO EQVITE A WORM, SERENISSIMI ELECTORIS *Consiliario intimo, Quem, cum summa reverentia, nomino, in Lusatiæ inferioris Comitatu, Soravia, post anni hujus initium, trimestri temporis spatio, perfecisti feliciter.*

Erat mihi dies, quam maxime solemnis, quo TE, VIR PERILLVSTRIS, ex itinere reducem, saluum, fospitem hilaremque videndi, & ea, qua decebat, observantia salutandi facultatem nanciscebar. Requirebat illius diei lux, ut, de mea latitia, dicerem, quæ poteram, breviter. At, hodie, TIBI gratulor, denuo, & reditum ipsum, nobis exoptatissimum, & favorem PRINCIPVM nostrorum, qui senectutis TVAE felicitatem tantis auxerunt ornamentis.

Vivant PATRES PATRIAE *Clementissimi, cum omni GENTE REGIA & ELECTORALI, atque splendeant, gloria MAIORVM, quam diutissime.* TV autem, PATRONE EXCELLENTISSIME, IPSIS vivas *Consiliarius sapiens, ingenuus, fidelis. Vivas, boni ordinis, in republica, conservator, justitiæque defensor. Vivas nostræ ecclesiæ ac subditorum pro-*  
B
tector

*lector beneficentissimus. Vivas vigeasque semper, ex voto, ut TVIS annibus, ita & mihi, in solatium.*

Non morabor TE pluribus, PATRONE INDVLGENTISSIME, sed revertar eo, unde digressus sum. *Exponam, de ITINERE, IN HELVETIAM, ET ALIAS REGIONES, FACTO, ante biennium, presse tamen & anguste dicens ea tantum, quorum vel adquirere notitiam, vel memoriam renovare, jucundum fore, suspicor, litterarum cultoribus.*

*De aliis, quæ non ingrata esse, iudico, lectori, cuivis, scribam, olim, germanice.*

*Dividi vero poterit omne libelli hujus argumentum, in DVAS PARTES, quarum PRIOR est de PROPECTI-ONE, seu de itineris initio atque progressu, de meo, IN PATRIAM, REDITV, POSTERIOR.*



PARS



PARS PRIMA.  
DE PROFECTIONE IN HELVETIAM cat.  
SECTIO I.

DE ITINERIS, IN HELVETIAM SVSCIPIENDI  
FACIENDIQVE, CONSILIO.

**Q**vibus ego causis, ad iter faciendum, fuerim commotus,  
& quo pacto illud fuerit adornatum, multis verbis, indi-  
care, non est opus.

Sufficiet, nosse, quod iter ingressus sim, cum GENEROSO IV-  
VENE SAXONICO, AVGVSTO HENRICO GOTTOR DE LEVBNIZ,  
cui a litteris & moribus, antea, fueram, per sex annos & semestrc.

Comitem atqve socium itineris me elegerat PERILLVSTRIS &  
GENEROSISSIMVS PATRVVS TVTORVE PVPILLI, SERENISSIMI  
PRINCIPIS & ELECTORIS nostri CLAVIGER, POTENTISSIMI RE-  
GIS POLONICI, FRIDERICI AVGVSTI II, COMMISSARIVS,  
qvondam, GENERALIS, apud Gedanenses, PATRONVS, *indefessò ob-  
servantie cultu, aeternum prosequendus, Reverendus quoque publice propediem.*

B ij

Fiebat

Fiebat illa electio, non dissentiente GENEROSA MATRE, ex Ipsius IUVENIS, gente menteque nobilissimi, voto. Adferebat autem, quod facile credent omnes, mihi curam cogitandi ancipitem, qua distrahebatur, primum, animus, in deliberando.

Etenim itineris, quam optabiliter alias ineundi, meditatio, cum expletione sacri muneris, mihi, a DEO adsignati, veniebat in contentionem. Attamen Sapientissimus ecclesiae, cui praesum, PATRONVS, quoniam IPSI curae cordique erat GENEROSI IUVENIS valetudo ac felicitas, me SUA profecturum pace, adseverabat, si possem transferre officia mea, in alios, eoque ipso, efficere, ut daretur mihi, per bimestre, quasi, muneris quaedam immunitas. Idem, cum ILLO, sentiebant & alii GENEROSI DYNASTAE Parochianorum.

Precibus, ad DEVM, fufis, quid faciendum esset, in re tam subita, tamque angusta, consulēbam Viros plures, & fidelitatis & prudentiae plenissimos. Conveniebat, inter omnes, iter huiusmodi existimandum esse ex fine, quo decernatur, & animo ingrediendum hilariter, sub eadem, quam, sapienter providens, PATRONVS posuerat, conditione.

Ponderaveram consilium hoc, suo momento, cum sequeretur optata animi tranquillitas. Nec difficulter, deinceps, impetrabam, ab amicis quibusdam, Pastoribus vicinis & Sancti Ministerii Candidatis, ut, maximam se curam, pollicerentur, me absente, adhibituros, de rebus ecclesiae Gersdorfiensis. Eminuit omnino, inter priores VIR, doctrina & probitate, admodum VENERABILIS, HENR. GOTTLÖB KROEBER, Bischofhemienfium, in Lusatia nostra, Pastor fidelis, Fautor amicus, mihi longe suavissimus & vicinus proxime; utpote qui, clementer annuente GENEROSO ecclesiae suae PATRONO, ne quidem se rogari passus est, sed, benigna inductus humanitate, ultro mihi sua obtulit



obtulit auxilia, eademque, porro, præstitit quam diligentissime. E Candidatis autem nominari cum primis meretur VIR DOCTUS &, in arte dicendi sacra, valde exercitatus, NOBIL. ADAM GOTTLOB WAGNER, S. S. Min. Cand. Pulsnitio-Lufaticus. Quemadmodum ergo sibi me devinctum habent reliqui omnes; ita & utriusque horum gratias me, fa-teor, debere amplissimas, pro virili, operam daturus, ne meum, in se, studium, in ullo officiorum genere, desiderent. Sic se res habe-bant; & cautio, insuper, adjungebatur summa, ne quid detrimenti ac-ciperet coetus, mea fidei creditus, tempore, quo peregrinarer.

In ipsa profectione multis me, conscium recti, solatiis levarunt verba vatis regii, P. XXXIV, 5., quorum recordationem mihi, viatori, quotidianam esse jusserat Magn. & S. Ven. STEMLER, ecclesiarum Li-psiensium Antistes, S. S. Theol. D. & Prof. celeberrimus, plenam mihi fidem faciens, quod & suum Ipsius animum, in rebus dubiis, sæpe tranquillum reddiderit ejusdem enunciationis biblicæ memoria. Prose-quebatur etiam PATRONVS hic me, domo egredientem, optimis ominibus, quæ a DEO firmata esse, vel inde, potest colligi, quod, ex sententia, iter omniaque successerint.

Nam licuit mihi adeo felici esse, ut, itinere, quod & maximi aliarum provinciarum doctores theologi approbaverant, confecto, uni-versam invenirem ecclesiam meam, in statu, quem optaveram.

Supplex itaque fui veneratus, & veneror nunc, ALMVM, qui sic direxit omnia, PATREM COELESTEM, quod & me juvaverit, mode-rator consiliorum, & suo texerit, præsidio singulos, quorum ego de-siderium crebris, in itinere, suspiriis renovaveram.

L. C. O. W. A. M. S. - . u. u. u. i. k. f. f. i. e. a. e. q. - a. x. u. l. u. f. u. x. u. x. u. f. f. f. f.

## SECTIO II.

## DE PROFECTIONE IPSA, GENERATIM.

Sequitur, ut exponam, quomodo consilium subsecuta sit ipsa profectio. Ingressis quidem viam, anno MDCCLXIII, die XV. <sup>1)</sup> ante Calendas Novembris, quo intenderamus, eo nobis perventum est, <sup>tertio</sup> post die Nonarum mensis ejusdem <sup>2)</sup>. Vidimus scilicet LAUSANNAM, urbem antiquam, in ditione Bernensi, clarissimum ac nobile Musarum Athenæum. Hinc vero excurrimus, praterlapso biduo, ad GENEVENSES, & apud hos, per octiduum, commorati, sumus reversi Lausannam. Qua in urbe cum GENEROSVM IUVENEM, litterarum causa, reliquerim, *quæ, memoratu digna, in ephemeridem retuli, adhuc, ea complectetur hoc primum caput de profectione.*

## SECTIO III.

## DE VIRIS ILLUSTRIBVS, IN PROFECTIONE, SALVTATIS.

Ornabo, ante omnia, & quasi illuminabo, partem hanc NOMINIBVS VIRORVM INSIGNIVM, quos coram reverendi salutandique facultas mihi data fuit, in nostra profectio. Quorum si quis attente perceperit ordinem, illi magnum opus non erit, conijcere, qua ratione iter direxerimus, ex altero loco, in alterum.

Profecti eramus, ex arce Electorali, LAUSNIZ, Lusatia superioris finitima, per MISENAM, WVRGENAM, LIPSIAM, LEVCOPE-TRAM, NEOBURGVVM, usque ad METROPOLIN THVRINGIAE, cum ego, decenti modo, *meam nunciare salutem inciperem Theologis exteris, aliisque*

<sup>1)</sup> D. XVIII. Octobris.

<sup>2)</sup> D. VIII. Novembris.

aliisque viris dignissimis. Sit, velim, Eorum cuilibet honorifica nominis sui commemoratio animi non ingrati documentum. Etenim vix, unum fuisse, recordor, quin me acceperit, fronte serena, mihiqve præfiterit benevolentiam, votis respondentem. Merita singulorum si conarer eloqui, nimium, vereor, in paginas, excresceret disputatio. Quare tantum transferam huc, ex albo meo, titulos, totidem verbis, quot, in eo, comprehensa leguntur. Viderint sapientes, me tacente, quo quisque loco fit habendus, & qualis cuique debeatur amoris, observantia ac pietatis testificatio. Ad rem ipsam dum festinat animus, age nunc, quos salutaverim, enarrabo.

1) ERFORDIAE mihi visere licuit Magnif. & S. V. Jo. Christoph. BESLERVM, Ministerii Evang. Seniore, Augustanae confessionis Professore, ecclesiae ad S. Mich. Pastorem, & Gymnasii Senat. Protophorum. Scripsit hic, albo meo perlustrato, ut in Sui memoriam, ita & mihi, ulterius peregrinaturus, in solatium, quæ, Abrahamo quondam facta, Genes. XV, v. 1, occurrit, divinam promissionem.

2) E GOTHANIS THEOLOGIS visi a me salutariqve sunt Viri Magn. & S. R., Protosynedrii ecclesiast. Consiliiarii, Jo. Georg. BRÜCKNER, summus Orator aulicus, atqve Jo. Ad. LOEWE, S. S. Theol. D., & generalis, in Ducatu, Superattendens; Quo, prior, memoriam causa, mihi tradidit effatum Pauli I. ad Corinth. II, v. 2, posterior verba ejusdem Apostoli, ad Philipp. III, v. 20. pag. XVIII.

3) ISENACTI, quamquam paucas horas ibi consumserimus, mihi tam men faciendum putavi, ut, adeundo, colerem Magn. & S. V. Protosynedrii eccles. Consilium ac Superint. gener., Jo. Gottlieb NIEKEN, posteaqve Præcell. Gymnasii Directorem, Jo. Frider.

iac sententias

אל-תירא  
אברהם  
אמר  
אל-תירא  
אברהם  
אמר  
אל-תירא  
אברהם  
אמר

Ου μὲν ἐκρίνα  
το ἄλλο  
ἐπὶ τοῦ  
1688 Χριστός  
καὶ τὸν ἕνα  
σω μένος.

Frider. ECKHARD. Vterqve, bonum itineris nostri exitum praefagiens, discessuris commendavit notam seu symbolum. *Se-nex* ille ecclesiarum Antistes dictum Paulinum ad Ephes. III, v. 19; Director autem versus Horatii Alcaicos:

Ἰστανό τε τὴν ἕπερ  
βαλλόμενον τῆς  
ἰσώσεως ἀρετῆν  
τῆς Χριστοῦ ἰσὺς πληρωθῆσε  
ἰσὺς ἵπεν τὸ πληρωμα τῆς Θεοῦ

*Virtus, repulsæ nescia sordidae,  
Intaminatis fulget honoribus.*

- 4) HANOVIA cedere, mihi videbatur nefas, ni vidissem, antea, summe Rever. Frider. Andr. WALTHERVM, Consistorii Evangel. Consiliarium, & ecclesiarum Inspectorem, æque ac Præcell. Gymnasii Evangel. Rectorem, Jo. Andr. BERGSTRAESSERVM. Subscripsit Consiliarius, in albo, nomen suum enunciationi ad Ebr. XIII, v. 8, & Rector præmisit reliquæ inscriptioni: *Un-verzagt und obne Grauen, soll ein Christ ꝛc.*

1686 Χριστός Ἰησὺς καὶ  
ἡμερῶν ὁ ζωὸς καὶ  
ἡσὺς τῆς ζωῆς.

- 5) FRANCOVRTI AD MOENVM nihil habui potius, quam, ut Magn. S. V. Jo. Jac. PLITTIVM convenirem, S. S. Theol. D., S. Ministerii Seniore & Consistorii Evang. Consiliarium, Successorem b. FRESENII, salutem Illi dicturus & Magnifici DRESDENSIVM SUPERINTENDENTIS, & meo ipsius, nomine. Neque vereor, factum hoc, sine fructibus exoptatis.

Incredibili profecto permulcebitur animus latitiæ voluptate, quando, perlatus ad nos, de Francofurtensium, in Dresdenses, liberalitate, rumor probabilem mihi conjecturam adferet, non inutiles vel meas fuisse preces, quibus, a S. R. PLITTIO, & ab aliis, variatæ potissimum confessionis Augustanæ sociis, pænes quos divitiæ sunt, petieram, ut adis, ad S. Crucem, hostilibus deletæ incendiis, resciciendæ curam suis sublevare vellent beneficiis. Sicuti enim maximum miserationis sensum verbis testabantur cæteri omnes; ita præcipue

pue commiserans Antistes, se recitaturum, adfirmabat publice flebilis fati descriptiones, ipsisimis oratorum formulis, qui Dresdæ lucum declamaverant, quorumve jam tum perlegerat orationes.

Scriptis celeb. Doctor, in sui memoriam: Πάντα καὶ ἐν πᾶσι Χριστός. Quo factò, me contuli ad S. R. Jo. Ge. SCHMIDIVM, ad templum, quod monachorum fuit nudipedum, nunc vindicatum Evangelicis est, Pastorem, post Antistitem, primum, & Consistorii Consiliarium, qui, annos natus LXXII, & muneribus ecclesiasticis functus per annos XXXIX, totidem, jam defunctos vita, collegas numerabat. Non poteram non admirari, in viro, atate ac meritis venerabili, egregiam animi hilaritatem, cum singulari humanitate conjunctam. Habueramus sermonem de variis rebus, quum Is albo meo infereret enunciatum Apostoli ad Rom. VIII, v. 28. *Θεὸν πάντα δουλοῦν ἐν ἀγαθῶν.*

Næque minus contigit HELENOPOLI, ut bis nanciscerer veniam, favore Magnif. SENIORIS, publicam inspiciendi *bibliothecam*, & in illa, salutandi Praclarissimum Bibliothecarium, C. F. KNEVSELIVM, J. U. Doctorem, Cujus & aliorum in me merita, efferam, in sequentibus. Posuit, memoria gratia, in albo, distichon:

*Fortior est, qui se, quam, qui fortissima vincit  
Moenia. Nec virtus alius ire potest.*

Perillustris & Excell. J. B. LEHNEMANN, Sereniss. PRINCIPIS, in Palatinatu Bipontino, a consiliis legationum, & Ipse Legatus, apud Status circuli Rhenici superioris congregatos, vir eximius (quem, Wezlariam profecturum, per pusillum temporis vidisse, doleo) quamvis Ille, cum lepore jocans, lustrato

C

albo,

albo, exclamasset: Quid Saul inter Prophetas? adjecit tamen, benevola mente: *Thue recht! Scheue Niemand!*

ὁ δὲ νεὸς Προφήτης, μὴ  
ἴσῃ ἐπὶ τοῦ ὕψους.

Maxime Vener. Jo. Petrus REIMHER, ad ædem, quam supra nominavi, Pastor, si recte memini, tertius, visus a me fuit, propediem discessuro, meque in suam recipiens amicitiam jusfit esse memorem legis Paulinæ ad Coloff. III, v. 2. Addidit quoque symbolum suum ex cap. III. ad Philipp., v. 20. Ἡμεῶν γὰρ

τὸ πολίτευμα ἐν ἑσθραυοῦ ὑποφθαί.

Hicce duobus salutem nunciandi provinciam mihi demandaverat plur. Rever. Christoph. Dieter. SCHROPP, A. M., Gros-Naundorfensium, in Misnia, Pastor meritis optime, Fautor, mihi amicus, æstumatissimus, qui adstrictus utriusque vinculo amicitiaæ academicæ, mihi vero, cum aliis, fuerat suavor, ut tempus opportunum videndi externos nollem amittere.

Supereft, ut, me nosse, glorier, Max. Vener. SVGNION, Ecclesiæ Francofurtensis Gallicæ Pastorem, virum eruditum & humanissimum, degentem in pago, (qui, haud ita procul, ab urbe, distat) Bockenhemio.

6) AVGVSTAM WANGIANORVM, i. e., WORMATIAM, venimus, vesperi, atque iterum discesimus, inde, summo diluculo.

7) SPIRÆ Doctores ecclesiæ Evangelicæ tres sunt; Pastores duo, unus Diaconus. Pastori primario GEMEHLII, Diacono SCHVLZII, nomen esse perhibebatur. Sed, in exiguo, quod mihi relinquebatur, temporis momento, adire potui neminem, nisi S. Rev. Jo. Maurit. DE BERG, Pastorem secundarium, quem varii cives merito jureque laudaverant, attribuentes Ipsi nomen viri ingenio, doctrina & integritate præstantissimi. Certior siebam, Illius beneficio, de memorabilibus nonnullis Spirensibus, & dictu-

dicturus vale, tanquam pignoris instar mnemonici, accipiebam hæc: *In IEHOVAH justitia & fortitudo!* Quibus addebat ven. Pastor, testatum facturus, se formositati corporis animi virtutes antepone, versus germanicos:

*Der Leib seib' trefflich aus.*

*Er ist ein letten Haus!*

*Die Seele soll mit lebren,*

*Den großen Gott verehren.*

8) DE ARGENTORATENSIBVS <sup>1)</sup> recogitans honorem, fas est, primo loco, Magnif. & S. V. Frider. Jac. REVCHLINVM, S. S. Theol. Doct. & Profess. primarium, Conventus ecclesiastici Præfidentem, virum, *Qvi* annos tunc impleverat LXVIII, diuque morbo adflictus gravissimo, diæta coeperat curari, sibi que comparaverat valetudinem, a morbi tentationibus ita confirmatam, ut juvenilis fere illa videretur. *Pietas laudatur & abget!* En verba, quæ, in albo meo, scripsit S. R. Doctor.

Meretur Ei a latere esse Perillustris & Excell. Jo. Dan. SCHOEPFLINVS, Historiographus Francia, per totam Europam, celebrer <sup>2)</sup>. Et sic habemus eruditorum par eximium, cujus benignitatem comitatemque summam uberrime possunt experiri omnes, qui, studiorum ac litterarum ergo, proficiscuntur Argentinam. *Qvam Perill. SCHOEPFLINVS mihi tradidit, sententia,*

C ij

tia,

<sup>1)</sup> *Quæ urbes, inter Spiram & Lausannam, sitæ sunt, eas me bis intrasse, luculenter adparebit, e parte secunda. Disseram igitur, statim, de singulis, quorum ego notitiam & amicitiam sum consecutus, aut Spira tendens Lausannam, aut, a Lausannensibus, ad Spirenses, revertens. Atque nullus dubito, probatum iri lectoribus hanc meam spatio parcituri dispositionem.*

<sup>2)</sup> *Erat itidem provectus ætate, ad summam senectutem, at, mente gestuque, alacerrimus.*

tiā, cernitur in his: *Vita, sine litteris, mors est!* Insigni etiam, apud me, loco sunt Viri maxime Venerabiles Joh. Ge. SCHWEIGHAVM, Canonicus & Pastor Thomanus, Ejusque gener, Sigism. Frider. LORENZ, Gymnasii Evangel. Doctor & Ecclesiastes Nicolaitanus.

*Pertuleram ego, ad hunc, litteras commendatitias, a Magnif. & S. Ven. Jo. Casp. REVCHLINO, S. S. Theol. D., Sereniss. DUCIS Saxo-Goth. & Altemb. Consiliario Consist., & Ecclesiarum Duc. Altemb. Superint. generali, PATRONO, demissè Colendo, exaratas.*

*Που οιδετε, οτι οι εν*  
*αυτοιοις τοις ορτες, και*  
*οι μη τοις ορτες, εις*  
*ενοχη δευτεροιοις*  
*οιου, κ. τ. λ.*

Prior adhortationi Paulinæ, I. ad Corinth. IX, v. 24, in albo meo, superstruxit notam hanc: *Multi habent, & non merentur; multi merentur, & non habent; pauci habent & merentur.* Alter vero suum fecit effatum Herm. WITSII: *In necessariis unitas; in non necessariis libertas; in omnibus prudentia & charitas.*

Nomino tandem, ex ARGENTINENSIBVS, ut decet, honorifice Viros Excell., Ampliff. atqve Doctiff. Jo. Mich. LORENZ, Eloqv., Poët. & Hist. Profess., Capituli Thom. Canonicum, Matth. HEVSIVM; Profess. Philos., <sup>1)</sup> & Christoph. Wilh. KOCHIVM, J. U. Licent., Bibliotheca Schœpfliniana Bibliothecarium. Primus scripsit in sui memoriam: *Civitas nostra, in caelo, est; Secundus: Felix, qui potuit rerum cognoscere causas; Tertius autem hæc:*

*Latus,*

<sup>1)</sup> Disputabat cel. HEVSIVS nonnihil & de aliis rebus metaphysicis, & de opusculo meo, quod typis excubendum curaveram, Lipsiæ, anno MDCCLIII, sub tit.: *Unpartheyische Anmerckungen, über des Herrn Secret. Reinhardts Tractat von der Unendlichkeit der Welt* cart.



*Lætus, in præfens, animus, quod ultra est,  
Oderit curare; Et amara lento  
Temperet risu. Nihil est ex omni  
Parte beatum.*

9) QVOS BASILEÆ salutandi occasionem mihi dedit fortuna, eorum nomina repetam, quantum potero, brevissime; & symbola, porro, ubivis, pagina pars inferior continebit.

Sunt Viri duo Magnif. & S. Rever., Jac. Christoph. BECK, S. S. Theol. D., & Prof. publ., Academia Bibliothecarius, Instituti Freyio-Grynæani Lector <sup>1)</sup>, & Jo. Rud. MERIAN, Ecclesiarum Basil. Antistes <sup>2)</sup>. Ad hos accedant Viri S. Vener., Aug. Joh. BVXTORF, Pastor primarius ad Div. Theodori <sup>3)</sup>, & Joh. Casp. WERENFELS, ad ædem cathedr. Archidiaconus <sup>4)</sup>. Merentur esse comites Vir Præcell. & Consultiff. Jo. Jacobus D'ANNONE, Philof. & Jurium Doctör, Facult. Adfessor, Societ. Phys. Basil. Sodalis <sup>5)</sup>, & plur. Rev. Jo. RVMPF, Concionator antea campestris, tunc Ecclesiastes ad ædem Basileensis orphanotrophii, Vir consentiens mecum amoris conspiratione maxima <sup>6)</sup>. Delector quoque memoria temporis, quo Basileæ vidi Excell.

C iij

I. B.

1) Timor Domini initium sapientiæ.

2) Pietas ad omnia utilis.

3) Displicet inspiens novitas & stulta vetustas.

Seu vetus est, verum diligo, sive novum.

4) IESVS CHRISTVS est veritas.

5) Virtus sibi ipsa præmium.

6) L'Amicizia, che non dura,

Non sù, mai sincera e pura.

*Die Freundschaft, welche sich zertrennt,*

*Die ward, mit Unrecht, so genennt.*

I. B. MERIANVM, Academiae BEROLINENSIS Regiae Sodalem & Bibliothecarium, cum cel. SCHOEPLINO Argentorat., sic existimantem: *Vita sine litteris mors est.*

IO) SOLODORI s. SOLOTHVRNI consumebamus, in profectioe, unam horam. Nec fieri poterat, ut viserem ibi eruditos, in reditu; quoniam urbem attigimus multa nocte, &, cum prima luce, eandem reliquimus.

II) BERNAM progressus adii Magnif. & S. V. Joseph. Jac. ZEHENDERVM, Antistitem Metropolitanum, ceteris, quos salutaveram, omnibus aetate superiorem. Vixerat annos septuaginta septem, eratque functus muneribus ecclesiasticis, per sex & quadraginta annos. Laborabat pedibus vir venerabilis, & confectus videbatur senectute. Neque tamen corporis imbecillitas, neque dolores, in eo, vires animi retardaverant. Exponebat enim, cum senili gravitate ac prudentia, de multis rebus aliis, atque de tredecim, quibus praerat, Decanis seu Superintendentibus, quorum quinque sunt, in Helvetia Italica, octo in Germanica. Donabat me, cum in eo essem, ut Ipsi dicerem vale, tribus, quae publici juris fecerat, scriptis <sup>1)</sup>, atque discessurum, Patris instar, amplectebatur amicissime. In sui denique memoriam, me sapius, volebat recordari Paulinum illud II. ad Timoth. II, v. 3. <sup>2)</sup>.

Εὐὲν κακοπαθῶν εὐως καλὸς στρατιώτης Ἰησοῦ Χριστοῦ. Fui

<sup>1)</sup> Primum, ex officina Hortini, prodit anno MDCCXXXVIII, & inscribitur: *Versuch einer historischen Chronologie, vorstellend die richtige Maas des Jahrs, nach welcher die Zeiten der Welt gerechnet werden; Samt kurtzer Beschreibung der, in der Kirchen, von Zeit zu Zeit, aufgekommnen Fest- und Feyer-Tage.* Alteri, quod edidit, anno MDCCCLX, titulus est: *Versuch einer Prophetischen Zeit-Rechnung, von dem Anbruche der seeligen Tage der Kirche in den letzten Zeiten ext.* Tertium, in quo habetur *Liturgia Bernensis*, impressum est, anno MDCC LXI.

<sup>2)</sup> Audivisse, memini, postea, quod theologus hic militaverit aliquamdiu, in castris

Fui postea felix, in visendo S. Rever. Eliam BERTRAND, Ecclesiae Bernensis Gallicae Pastorem <sup>1)</sup>. Et in maximis omnino habui deliciis, submisit factam, consalutationem Celsissimorum COMITVM Polonorum, Dominorum MICHAELIS <sup>2)</sup> & IOSEPHI <sup>3)</sup> MNISZECK, Starostarum a Sanock, Quibus, mansuetudinis & clementiae plenis, debeo, quod facillimus mihi fuerit aditus ad Virum Perillustrem & Excell. Jo. Bernh. BLOVM, Serenissimi ELECTORIS nostri a Consiliis Aulicis, & in Republica Bernensi, Legatum.

Pariter Suum, erga me, favorem, iam declaratum Lipsiae, novis Bernae confirmarunt beneficii Viri Illustres, Fridericus <sup>4)</sup> atque Carolus <sup>5)</sup> ROSSELET A CHARPILLOT, Fratres germani, alter I. U. Doctor, alter Medicus; Qui & Ipsi effecerunt, ut, aequae humaniter & amabiliter, me acceperit Illustris Eorum Patruus, C. E. ROSSELET A CHARPILLOT, I. U. Doctor, & in suprema Reipublicae Bernensis curia, caussarum defensor <sup>6)</sup>.

Quanto

castris Pontificiorum, fungens tum officio Rectoris Solodorensis. At fides sit penes auctorem.

<sup>1)</sup> Labore & industria.

<sup>2)</sup> Levius sit patientia, quidquid corrigere est nefas.

<sup>3)</sup> Nil mortalibus arduum est.

<sup>4)</sup> *Der irret, der der Weisheit Ruhm, in eitle Künste, setz.*

*Wer Wahrheit schätzt, wer Menschen liebet,*

*Wer Freundschaft süßte, und Tugend übet,*

*Der ist der wahre Weise!*

<sup>5)</sup> L'honneur est comme une Isle escarpée & sans bord.

On n'y peut plus rentrer desqu'on en est dehors.

<sup>6)</sup> — Hic murus aheneus esto,

Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa. HORAT.

Quanto de me meritis sit opere Ill. & Præclariff. Theoph. Eman. AB HALLER, celeberrimi ALBERTI Filius, Bibliothecæ Bernensis Bibliothecarius <sup>1)</sup>, gloriabor, quando de bibliothecis edisseram figillatim. Similiter amicum, ex animo, vereqve benevolum se mihi præbuit pl. Rev. V. L. DACHS, xenodochii Bernensis Pastor <sup>2)</sup>.

12) Est oppidum, inter Bernam & Laufannam situm, quod Latini PALERNIACVM appellant; gallice vocatur PAYERNE. In hoc ego pernoctans salutavi Excell. ICTum, Beatum TAVELLVM, Consiliarium <sup>3)</sup>, atqve duos Iuvenes GENEROSOS, FRATRES A WANGENHEIM, Gothanos, Quorum & doctrina instituendorum, & bonis imbuendorum moribus, curam, in se, susceperat vir, sapientiæ ac probitatis laude conspicuus.

13) Fero nunc, in oculis, ACADEMIÆ ET ECCLESIAE LAUSANNENSIS ORNAMENTA. Quid ergo mihi dulcius adferat oblectamentum, quam Viri Magnif. & Excell., Beati Philippi VICAT, Jurium Professoris, veneratio? *Debetur sane Huic & universæ Illius FAMILIAE Honoratissimæ observantia tanto justior, quanto præstabilior fuit suavitas humanitatis, qua, in singulorum amicitiam, receptus, biennium ac semestre, potuit perfrui GENEROSVS VIR IUVENIS A LEVBNIZ.* Quam benigne mihi fecerint omnes, quam jucundam, suo favore, meam reddiderint, in urbe, commorationem, sine proluxa prædicatione, digne satis, eloqui nequeo.

<sup>1)</sup> *Dulcis amor patriæ!* Prodit hæc enunciatio sensum, valde laudabilem, quo, se concitatum, aiebat vir egregius & indefessus ad conquirendum omnia, quæ aut illustrare possent patriæ historiam, aut partem illius constituere.

<sup>2)</sup> Forsan a laribus patriis exire pigebit.  
Nec tamen exhibis; Deinde redire voles.

<sup>3)</sup> Virtus ubiqve parit amicos.

queo. Sunt Magnifico VICAT, Quem sceptrā tenentem Academia inveniebamus, duo Filii. Natus major, Præclarissimus atque doctissimus Philippus Rudolphus <sup>1)</sup> est Medicinæ Doctor, & Bibliothecæ MNISZECKIANÆ, in Polonia, nunc, Bibliothecarius; Minor autem, Iohannes Ludovicus Albertus <sup>2)</sup>, Adulescens optimæ spei, erat, superioribus annis, strenuus cultor elegantiorum litterarum.

Post VICATI, *per insignia merita nostri* <sup>3)</sup>, mentionem, venerabundus repeto aliud NOMEN EXCELLENTISSIMUM, longæque CELEBERRIMUM, quod ignorare, opinor, perpauco, in germania nostra litterata. Nomen scilicet Doctoris Medici, S. A. T. TISSOT <sup>4)</sup>, qui, meo rogatu, se idoneis præcauturum, spondebat, remediis, ne vis morbi aliqua corpus GENEROSI IUVENIS invaderet.

Non minori cum gratitudinis sensu meditor signa benevolentia, quam mihi rebus ostenderunt Præcell. S. CVRTAT <sup>5)</sup>, Laufannensis Consiliarius ac Senator, hujusque Frater, m. Vener. P. A. CVRTAT <sup>6)</sup>, Ecclesiar. Prill. & Renens. Pastor, affinis uterque nostro VICATO.

Com-

<sup>1)</sup> Scribe tui gregis hunc, & fortem crede bonumque.

<sup>2)</sup> Veras divitias eripit nemo.

<sup>3)</sup> Mille hominum facies, & rerum discolor usus.

<sup>4)</sup> We Come into this World; We lodge and we depart;  
He never goes, that's lodg'd Within my heart.

*Wir Menschen kommen in die Welt, die uns zum Wohnhaus ist bestellt;  
Streckt nun der Tod die matten Glieder, verlassen wir dieselbe wieder;  
Doch der in meinem Herzen spricht: Ich bin dein Freund! verläßt mich nicht.*

<sup>5)</sup> Summum bonum, sola immortalitate, invenitur. LACT.

<sup>6)</sup> DEVM colenti sat sua merces.

D

Componi etiam poterit pernobile trifolium, splendens nominibus Magnifici & S. V. H. POLIER <sup>1)</sup>, Domini in Botten, Ecclesiar. Laufann. Antifistis, linguae Ebr. Professoris, pariter Rever. Antonii BESSON <sup>2)</sup>, Pastoris secundarii, & Illustris Jo. Rud. D'ARNAY <sup>3)</sup>, ex LXXVII Laufann. Senat., & human. liter. Professoris.

Atque omnino fingerem, rite expleta, quæ officiorum postulat ratio, si memor Laufannensium, tacendo, innuissem, oblivioni a me traditos esse Præcell. & Consultiff. P. I. SECRETAN, Directorem xenodochii, & plur. Rever. F. FAVRE <sup>4)</sup>, Ecclesiar. Laufann. Pastorem subsidiarium. Salvere igitur hos jubeo, & valere optime, cum cæteris omnibus.

- 14) Laufanna proficiscentes Genevam peragravimus quasdam regiones, in lacus Genevensis littore dextero, & quatuor, in illis, oppidula. E quibus ut duo huc transferam, suis nominibus, movet me totidem Virorum, perpetuo honore dignissimorum, recordatio. Vivit, in oppidulo, MORGES, Præclariff. atque Consul-tiff. Jo. Franc. MVRET <sup>5)</sup>, Advocatus, Qui suam, in nos, propensam voluntatem comprobavit largiter. ROTVLI, quod Gal-lis dicitur ROLLE, nobis innotuit Vir m. Rever. Jo. Petr. DVMAS, Ecclesiar. Pastor, comis atque ac benignus.

- 15) Cum venissemus GENEVAM, finem, cur aderamus, principem ego respiciens nihil habui prius, quam, ut congressus & sermo-  
nes

<sup>1)</sup> Effatum Davidis Pf. CXIX, v. 105., ebraice. נר - לרגלי דברה ואור לנות בת.

<sup>2)</sup> Scribebat, in albo, dictum Pauli, ex 1. ad Cor. VIII, 1., posteaquam amice collocuti eramus, de interpretatione verborum, quæ, Sacramentum Cœnæ instituens, adhibuit O. M. SALVATOR.

<sup>3)</sup> Sapienter & constanter.

<sup>4)</sup> Ora & vigila.

<sup>5)</sup> Fortuna juvat me.

DE PROFECTIONE IN HELVETIAM *cat.* XXXVII

nes Doctorum Ecclesiæ Evangelicæ requirerem. Nam, *studiosi literarum, aliique peregrini, Evangelicæ Religioni addicti, dum Lausannæ commorantur, quoties ad Sacram Synaxim accedere cupiunt, toties Genevæ se conferant, necesse est.* Hinc nullam feci moram adeundi summe Venerab. Pastorem primarium, Jo. Christinum BEVMELBURG <sup>1)</sup>, Gothanum, Qui meum, in albo suo, nomen deprehendens, dubitari posse, negabat, quin me, amicorum numero, dudum, collocaverit, in ALMA SALANA. Quæ, deinceps, industria, & quanta cum contentione, Fautor hic amicissimus suam in me voluntatem studuerit declarare, plenius mihi exposituro plures paginæ non sufficerent. Tribuenda est Ipsius benignitati potior pars eorum, quibus, vel visu, vel auditu, dignis, per octiduum, in urbe, sui pastus & oblectatus. Atque, Illo Ipso impulso, quamquam & hortatoribus aliis, *salutavi ECCLESIAM nostram GENEVENSEM, oratione sacra, publice recitata, die Domin. I. Adv. MDCCLXIII, hora circiter decima antemeridiana* <sup>2)</sup>.

Si quæ unquam internis admixta commotionibus, delicia, ineffabili quadam suavitate, permulserunt animum; certe hoc vix unquam fieri potuit affluentius, quam, in illo felicissimo temporis momento. *Floreat ECCLESIA, Quam amare, dum in vivis ero, non desinam. Floreat, cum suis DOCTORIBVS, felicitate pristina, existatque, multis ex omni bonorum genere accessionibus, beatior, donec postrema CHRISTI cultorum, in hoc terrarum orbe militantium, cohors cœlestibus, in regno gloriæ, tropheis ornabitur, æternisque ditabitur triumphis.*

D ij

Pastor

<sup>1)</sup> Præsens est imperfectum. Perfectum & plusquamperfectum est futurum.

<sup>2)</sup> De orationis meæ argumento, ac de nonnullis, quæ huc pertinent, aliis rebus, dicam, in dissertatione, quam promisi, germanica.

Pastor secundarius, seu, ut loqui consueverunt Genevenses, SVFFRAGANS, Cujus in amicitiam non minor me fortuna collocavit, est maxime Rever. Iustus SCHNEGASS <sup>1)</sup>, Gothanus.

Introductus, a vener. BEVMELBURGIO, in atria & conclavia bibliothecæ publicæ, hilaris nunciavi salutem duobus Bibliothecariis, summe Vener. Ecclesiæ Reformatæ Ministris, de advenis bene merendi promptitudine conspirantibus insigniter. Tibebar equidem Illos visere, in ædibus privatis. Sed, ab adeundo, retardatus sum, nescio quanta, rerum objectarum & occupationum varietate, ad ultimam usque partem horarum, quas Genevæ consumsimus. Idcirco mirum non est, cum sero nimis memoriam custodem adhibuerim, amborum fere nomina, in hac disputatione, periisse. Memini tamen, quod alteri Eorum fuerit nomen PICTETO, nec defuerunt Lausannæ, a quibus accepisse videor, quod parentem Is habuerit celeb. PICTET, cujus Theologia moralis & alia opera sunt in manibus nostratium.

Accesit quoque ad lætitiã, & honorem, quo elati sumus Genevæ, maximus cumulus, dum dedimus nos *salutationi Popularium quorundam, natorum, in Germania, locis illustribus, Celsissimi COMITIS, HERMANNI A CALLENBERG* <sup>2)</sup>, Lusati, IVVENVMQUE GENEROSORVM, F. F. L. DE FALCKENHAVSEN <sup>3)</sup>, & G. C. Guil. de KNEBEL <sup>4)</sup>, Anspacensium. Erat Comiti fo-  
cuius

<sup>1)</sup> Patria est, ubicunqve bene est.

<sup>2)</sup> Vice is a monster of so frightful mien.

As, to be hated needs but to be Seen. POPE.

Monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum,

Est vitium. Specta! Satis, averferis ut istud,

Est causiã.

Ex vers. Cel. AM ENDE.

<sup>3)</sup> Cito pede labitur ætas.

<sup>4)</sup> Dieu & la Patrie.



cuis itinerum Vir Clariss. atqve Doctiss., Iohannes Iustus RHOEDE <sup>1)</sup>, Trarbaco-Mosellanus, A. M.; His autem Vir Pranobiliss. & Doctiss. BRINGMANN, ni me fallit memoria, Lipsiensis.

## SECTIO IV.

## DE PRIMIS RVDIMENTIS ARTIS TYPOGRAPHICAE.

**P**ergam nunc ad reliqua, & aggrediens dicere de rebus memorabilibus, exordiar ab ARTIS TYPOGRAPHICÆ INCVNABVLIS, ut pote quæ, primo ut plurimum loco, in bibliothecis, mihi fuerunt ostensa. Neque tamen, vel ex celeb. SCHOEPFLINI *vindiciis typographicis*, vel ex scriptis aliorum, proponenda congeram. Potius narrabo, quæ sub meum venerunt adspectum, & *conabor edifferere, meo modo, in quibus rebus maxima vis sit, ad notissimam, de primo typographicæ artis inventore, quæstionem recte dijudicandam.* Cœpit illa, quod constat, a bonis jam temporibus, in plures partes, disputari. Sed dubium non est, fidem iri habitum, quoad merebitur, testi oculato.

Primum hic erit, ut *definiatur, sitne simplex, an composita & resolvable, quæstio nostra.* Est nimirum quæstio duplex, adeoque composita. Namque fuit *magna litterarum, a primis adhibitarum typographicis, dissimilitudo.* *Litteræ, tabulis incisæ ligneis, quarum nulla fieri potuit transpositio, neutiqvam debent confundi cum aliis litteris, quæ, quoniam sunt mobiles, usum habent multiplicem, in vocibus exprimentis.* Quo constituto, seiscitantibus:

*Utrum inventionis primæ gloriam sibi vindicaverit COSTER HARLEMENSIS, an FVSTIVS MOGVNTIVS,*

D iij

cum

<sup>1)</sup> Alium, in medio cursu, vita deserit; alium, in ipso aditu; alium, in extrema senectute, fatigatum, & exire cupientem vix emittit. Alio quidem atque alio, omnes tamen, in eundem locum, tendimus. SENECA.

*cum suo SCHOIFFERO, an CVTTENBERGIVS ARGENTORATENSIS?*

ita, cenſeo, reſpondendum:

*Quæ litteræ, in tabulis ligneis incidendo fixæ, non ſunt mobiles, earum primus inventor fuit COSTER HARLEMENSIS. Mobiles vero litteras a ſuis excogitatas eſſe civibus, optimo jure gloriantur & MOGVNTINI, & ARGENTORATENSES.*

At oritur jam nova quæſtio ſubdifficilis. Diſpiciamus, oportebit, quivnam fuerit prior tempore, FVSTIVS, an CVTTENBERGIVS? Hoc eſt: *Uter horum anteaſſerit alterum, in excogitando?*

Enimvero, de hac ipſa quæſtione, controverſia dirimetur, ſi adfirmemus,

*CVTTENBERGIO quidem primæ litterarum inventionis, FVSTIO autem primæ impreſſionis, gloriam fuiſſe adſignatam, fortune, volubilis & amice varietati, caſibus.*

Quem CVTTENBERGIVS habebat ſocium, illius mors matura, & lis quædam, inde ſecuta, forenſis impedimentum atque moram inferebat publicæ primi ſpeciminis editioni. Contra FVSTIVS, fortuna ſublevatus meliori, primus locupletavit orbem ſcripto, ſuis impreſſo litteris mobilibus.

Opus eſt, ut ſententiæ hujus reddam rationem. Tres itaque obſervationes, ſive notationes trado perpendendas.

**Obſ. I.** Laurentius COSTER, HARLEMENSIS, anno MCCCCXXX, in lucem, produxit prima typographicæ artis rudimenta, quorum exemplum publicis aſſervatur cuſtodiis, in bibliotheca FRANCOFVRTENſI. Cernuntur quadraginta foliis comprehenſa, iisdemve duplicatis. Folium nempe quodlibet conſtituunt duo folia  
con-

conglutinata. *Paginas foliorum primas typographus ornavit effigibus hominum aliisque figuris, & breves adjecit earum explicationes; Secunda autem pagina omnes relictae sunt vacuae. Forma opusculi quarta est.*

Ejusdem generis rudimenta, in suis thesauris, habent GENEVENSES. Custodiunt *speculum humane salvationis*, juris factum publici, anno circiter MCCCCXXXIX, cujus forma, itidem quarta, sed oblonga, non multum, recedit a folio minori. Divisionem libri COSTER fecit bipartitam. In prioris partis pagina prima expressae conspiciuntur *imagines proroplastorum*; Adami fodientis terram bipalio, ac Hevae nentis stamina. Posterioris pictura prima exhibet *arcam Noachi* cetera. Interpretationes additae sunt in lingua Costeri vernacula.

**Obs. 2.** De GVTENBERGII seu CVTTENBERGII ARGENTORATENSIS studio componendi & coarctandi litteras mobiles, a se ipso excogitatas, pariter, ac de fatiis ejusdem, minime felicibus, ne verbulum quidem, incerta nixus conjectura, pronuntiabo.

Fidem concilient enarrationibus meis *acta publica*, quae inspiciendi facultas concessa mihi fuit ARGENTINAE, per Magn. SCHOEFFLINI benignitatem. Replet illa magnum volumen, manuscriptum, in quo habentur *omnia litis Cuttenbergianae momenta*. Si quis, ad perlustranda haec, diligenter fatiis, animum adverterit; natis cognoscet uberrime, jam, ab anno MCCCCXXXVI, CVTTENBERGIVM non modo fuisse COSTERI Harlemensis imitatorum, sed omnibus allaborasse viribus, ut illum artificem superaret. Facturus vero planum, qualem, apud judices, causam Guttenbergius habuerit, cum suo detrimento, quod legi expositum copiosius, illud, in perpauca, conferam.

Ipse

Ipſa litteras mobiles formandi arte inventa, duos ſibi Cuttenbergius jungebat ſocios & adminiſtros; HEILMANNVM ſcilicet, atque alium, nomine DREYZEHEN. His ergo adjutoribus verfabatur, in componenda, fortassis etiam augenda, multitudine typorum. *Exspirabat* autem, circa annum MCCCCXXXIX, ille ſocius, qui locum dederat, in adibus ſuis, officinae Cuttenbergiane. Quo exſtincto, *artifex*, magno animi, ne dicam invidia, motu perturbatus, contendebat, ut, operis, ferme abſoluti, deſtructione, *arcana ſua recondentur* proximis, poſt obitum, diebus. Sed *reſiſtebat* illi vehementiſſime *deſuncti frater*, aſſeverans, quaſtus, ex arcanis percipiendi, partem quandam ſuam eſſe jure hæreditatis. Sic *res in diſceptationem venit, coram urbis magiſtrato*, cœpitque fieri diſquiſitio judicialis, eodem anno MCCCCXXXIX, cum tribuni plebis (Zunfmeiſter) eſſent CLAVSS VON DVNZENHEIM & CLAVSS ZU HELDEN. Quam pertinax fuerit illa concertatio, vel inde poteſt conjici, quod jure jurando ſua firmare teſtimonia coacti ſint varii homines, quorum in numero ancillam fuiſſe recorder. <sup>1)</sup>

Obſ. 3. Cogitantibus denique nobis ſpecimina MOGVNTINORVM, ante oculos, ſiſtitur Joannes FVSTIVS (FAVST,) cum adjutore, Petro GERMSHEIM, qui alias vocatur SCHÆFER, item SCHOIFLER. Quæ horum emiſſa ſunt nominibus, typographicae artis incunabula, eorum ego exempla vidi, in ſex bibliothecis, duabus privatis, & quatuor publicis.

A.) ARGENTINÆ inſtructiſſimam & laude mea majorem BIBLIOTHE-

<sup>1)</sup> *Hinc Aſta illa publica*, quorum volumen, in ſuo genere unicum, tanti penditur ab eruditis Argentoratensibus, ut, ſe vendituros id, negaverint, mille Franci, quam pecunie ſummam liciti ſunt Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis Bibliothecarii, teſte Schœpſino.

DE PROFECTIONE IN HELVETIAM cæ. XXXIII

THECAM SCHOEPFLINIANAM ornat rarissimus *Liber Cotarii, Diaconi*, <sup>1)</sup> *de miseria humane conditionis*, impressus Moguntia, anno MCCCCXLVIII. Atque opus hoc putatur esse primum, in quo annus impressiois notatus sit dilucide. <sup>2)</sup>

Collocavit etiam Vir, librorum gaza ditissimus, in suis thesauris, *Psalterium latinam*, litteris mobilibus ligneis exscriptum, *Moguntie, anno MCCCCLVII*. Constat ex foliis CLXI, in ipsa minoris folii forma, coagmentatis, nitetque litteris capitalibus, pereleganter pictis, CCLXXXVIII.

Attamen, me ignorare, passus non est Magnif. Possessor, quod, in illo codice suo, genuinum censeatur nihil, præter duo folia prima, quibus donaverant Ipsum, Moguntia, Benedictini (monachi) habitantes, in monte S. Jacobi. Reliquas litteras & figuras omnes fabricatas esse, confitebatur, artificio cujusdam pictoris, qui, præstans, in imitando, mirabilia, singulas exempli, quod Moguntia superest, <sup>3)</sup> apices expressit accuratissime.

B.) FRANCOFVRTI, PVBLICAM ingressus BIBLIOTHECAM, ex Moguntinis operibus, lustravi parumper *Biblia Latina*, quæ, pluribus annis excusa minutatim, *perfecta* demum prodierunt, anno MCCCCLXII. Atque hic est *primus codex biblicus, quem, typis impressum, acceperunt nostri majores.* <sup>4)</sup>

C.) BASI-

- 1) Occupavit hic Diaconus sedem Romani Pontificis, sub initium sæculi XIII, & fortitus est nomen Innocentii III.
- 2) Aliud ejusdem operis exemplum asservari perhibetur in bibliotheca publica GOETTINGENSI, præterea autem nullum inveniri.
- 3) Exempla originalia integra, si, a Moguntino recedamus, non occurrunt, præter illa duo, quorum alterum est PARISII, alterum VIENNAE Austriacorum, auctore Schæpflino.
- 4) In fine occurrunt hæc: *Per Johannem Fust, civem, & Petrum Schoeffer, MCCCCLXII.*

E

C.) BASILEÆ commonstratum est mihi, BIBLIOTHECAM inspicienti PVBLICAM, *Rationale divinorum officiorum Wilhelmi Duranti*, ed. *Moguntiae, apud Job. Faust & Petrum Germsheim*; cujus folia omnia sunt membranacea, & litteræ, in illis, initiales pulcherrimis illuminatæ coloribus <sup>1)</sup>.

D.) GENEVÆ, inter ornamenta BIBLIOTHECÆ PVBLICÆ, cernuntur *officia Ciceronis*, in forma quarta oblonga. Continet, ex hujus libri paginis ultimis, una, rubris, cum reliquæ nigræ sint, expressam litteris, notam ejusmodi: *Job. Faust, Moguntinus, non atramento plumali, canna neque ærea, sed arte quadam, sui pulchra Petri manu puri (i. e. pueri) feliciter effeci finitum, anno MCCCCLXV.*

E.) NORIMBERGÆ conspexi duo magnæ raritatis opera, quæ sibi poscunt, in hoc capite, locum, propter dilucidam, cum prioribus, convenientiam.

a) In locupletissima, pretiosissimisque resecta thesauris, BIBLIOTHECA SOLGERIANA <sup>2)</sup> latent *Jo. Bocacii de Certaldo Libri de claris mulieribus*, quos impresit *Jo. Zeiner*, MCCCCLXXIII. Quæ operis editio princeps originalis, in librorum, æstimatione dignissimorum, catalogos, debet referri, quoniam auctor exhibuit, cum aliis rebus, *effigiem famosæ Johannæ Papissæ*, figuris junctam turpibus.

Evidens igitur est absurditas, si quis dicat, fictam a Protestantibus, fabulam esse, de Papissa, puerpera, enarrationem.  
Repu-

MCCCCLXII. Exempla vero codicis rarissimi alia non inveniuntur, nisi DRESDÆ atque OXONII, judice Præclarissimo Francofurtensium Bibliothecario,

<sup>1)</sup> Vidi exemplum simile, in PVBLICA NORIMBERGENSIUM BIBLIOTHECA.

<sup>2)</sup> Magnis, & summe Rev. SOLGERI erga me favorem largitatemque summam laudabit, pie loquax, gratitudo, in parte hujus dissertationis secunda.

DE PROFECTIONE IN HELVETIAM *cet.* XXXV

Repugnat enim vehementer, esse quidpiam fictum, sæculo XVI, & fuisse tamen in historiis sæculi XV, cum imagine, buxo incisa *cet.*

- b) In BIBLIOTHECA PVBLICA, habetur *antiquissima editio Homeri*, quæ, curante Bernh. Mebrlio, folii forma, prædiit, Florentia, anno MCCCCLXXXVIII.

SECTIO V.

DE CODICIBVS BIBLICIS RARIORIBVS.

**P**rogedior, ab artis typographica incunabulis, ad CODICES SACROS RARIORES, quorum *partim* sunt antiquissimi & *manuscripti*, *partim fabricati sub prælis*, finito sæculo XV.

Ad primum genus pertinent

- 1) EX BIBLIOTHECA BASILEENSI PVBLICA,

a) *Pentateuchus, sine punctis, in magno volumine Iudaico.* Constat volumen, è coriis hircinis, bene præparatis, quæ, cum, inter se, cohæreant, magnam efficiunt codicis *longitudinem*. *Latitudo* adæquat unum pedem Moguntinum atque decem pollices, hoc est, partem unius ulnæ quartam, ter, in se, complectitur. Extremitates voluminis affixæ sunt duobus cylindris ligneis, quorum quisque, glomeratam, suscipit partem totius dimidiam, disjungendis, dum evolvitur codex, conjungendis, quoties membrana complicatur. Litteras accuratissime formavit scriptor artifex, & apparent, adhuc, lineæ, quas secutus est, in pingendo, duces, neque unquam transiit.

Emit nonnemo, nisi fallor præfectus militum, abhinc septendecim annos, vetustissimum codicem hunc, Marsilia, deportatum ante, in Galliam, ex Alexandria Ægyptiorum.

- b) *Quatuor Evangelia*; in forma octava, *græcis litteris*, ornatè scripta, *seculo VIII.*
- c) *Versio latina vulgata*, in forma folii, è *seculo IX.* Qui codicem hunc perlustrant, ii non possunt non mirari maximopere, quod *omissum sit*, 1 *Job. V.*, dictum Apostoli, de tribus, in coelo, testibus. Ex eo enim, quod versionem antecedit præfatio Hieronymi, rectissime colligitur, ipsius Hieronymi codicem, sæculo IV scriptum, ad manus fuisse græca, in latinum, convertentibus. Iam autem, in suo præloquio, Hieronymus valde conqveritur, de scriptorum, qui neglexerint effatum *Θεόπνευστον*, incuria, sancteque promittit, se daturum operam, ut epistolam Iohannis priorem, in suis bibliis, reddat integram atque completam. Nihilo minus, in hac versione vulgata, l. c., testium mentio nulla fit, nisi terrestrium, hoc modo: *Tres sunt, qui testimonium dant, spiritus, aqua & sanguis, & tres unum sunt ext.* Quapropter aut, Hieronymum, credamus, fuisse immemorem sui propofiti, aut vituperemus pessimam, in re tanta, scribæ negligentiam, aut effingamus nobis tertiam quandam opinionem.

2) É BIBLIOTHECA PVBLICA GENEVENSIVM,

*Biblia latina*, in folio maximo, asservata è *seculo X*, scripta forsàn *seculo IX.* Nitent foliorum, ex membranis confectorum, paginæ, litteris uncialibus & initialibus coloratis. Relatum legitur, in ipso volumine, quod donaverit illud, sæculo nono, nescio quis, FRIDERICVS, EPISCOPVS, Capitulo suo, cum hac inscriptione:

F RATER  
 A MBROSIVS  
 S VA MICH  
 M VNVS CVLA  
 P ERFERENS  
 D ETVLIT.

Cæterum



DE PROFECTIONE IN HELVETIAM *cet.* XXXVII

Caterum notavi, ex his bibliis, epistolæ Iohannis primæ titulum, seu epigraphen, ac enunciati, de tribus, in coelo, testibus, transpositionem.

Epistola Iohannis inscribitur ita:

INCP (Incipit) EPLA (Epistola)

AD SPARTOS

(i. e. ad dispersos, scil. Christianos.)

Et, cap. V, *locum, de tribus, in terra, testibus, non præcedunt, sed, postposita, sequuntur hæc: Et tres testimonium perhibent, in cælo, Pater, Verbum & Spiritus, & hi tres unum sunt.*

ARGENTINÆ, postquam incideramus in bibliorum, manu scriptorum, mentionem, Magn. SCHOEFFLIN exponere mihi dignabatur, de ALEXANDRINO CODICE, quem viderat Ipse LONDINI. Enimvero, quamvis magnum operi antiquo pretium adfereret Vir sapientissimus, dolebat tamen, illud, multis partibus, esse corruptum, variis liturarum, certe rasurarum, maculis, crebrisque vocum immutationibus.

In genere Codicum Sacrorum altero, sunt libri impressi, at rarissime obvii. Expono igitur, quod sub meum venerint adspæctum

1) apud FRANCOVRTENSES, in BIBLIOTHECA PLITTIANA, *Versio Germanica Novi testamenti*, a B. LVTHERO edita, si recte memini, ante annum MDXXIV, quæ notabilis est, ob defectum 1 Joh. V. 1)

E iij

2) apud

1) In mea ipsius bibliotheca parvula, exemplum N. T. germanicum habeo, cum figuris, buxo incisus, excusum, anno MDXXIV. Atque, in hoc, pariter, deest locus de tribus, in cælo, testibus.

Negavit quoque B. LVTHERVS, in suis præfationibus, epistolæ, quam Iacobus scripsit, divinam originem, iudicans eum, præcipitanter, ex infirmitate. Nec videtur alienum ab institutis meis, commemorare hic, quod Factoris ca-

jus-

- 2) apud BASILEENSES, in BIBLIOTHECA FREYIO-GRYNAEANA,
- a) *Biblia polyglotta*, in quibus, præter *textum* originalem Veteris & Novi Testamenti, *variae* occurrunt *interpretationes*, ut Samaritana, Chaldaica, Latina vulgata, Æthiopica, LXXviralis, Syriaca, Persica cæt. Concinnavit opus hoc splendidissimum, ex antiquioribus manuscriptis, aliisque libris optimis, summa fide collatis, Briamus WALTONVS, qui postea functus est munere Episcopi Anglicani. Sex magnorum, quibus constituitur, tomorum (voluminum) ultimus prodiit in lucem, anno MDCLVII. Exhibitum quoque est, in Tomo VIImo *Lexicon heptaglotton Edmundi CASTELLI*.
- b) Η ΚΑΙΝΗ ΔΙΑΘΗΚΗ cæt., in folio, *una cum Scholiis græcis*, é græcis scriptoribus (Patribus), maxima parte, desumptis, opera & studio Jo. GREGORII, Collegii S. S. & individuae Trinitatis Socii (i. e. Professoris Theologiae), Cambridge, MDCCIII.
- c) *Novum Testamentum Copticum* <sup>1)</sup>, in folio minori, editum a Dav. WILCKENS, Ecclesiae Anglicanae Presbytero.
- 3) apud LAUSANNENSES, in BIBLIOTHECA PUBLICA, *Novum Test. Dni Nri IESV CHRISTI*, Syriace, Ebraice, Graece, Latine, Germanice, & Gallice, a
- jusdam amici liberalitas auxerit librorum, a me collectorum, numerum, *prima editione latina Operum B. LUTHERI*, quam perfecit typographus, anno MDXX, *mensis Martio*, in forma quarta. Debent enim illius exempla, ad rarissimum scriptorum genus, referri, præprimis in Germania. Et ne SOLGERVS quidem Norimbergensis, quem coëmisse, novimus, undiquaque, rariora, sumptibus maximis, venire potuit in possessionem unici exemplaris; quod patet, ex catalogo bibliothecae Solgerianae. Conf. Sigism. Jac. BAUMGARTEN, Hal., in *denen Nachrichten von merkwürdigen Büchern* cæt. St. XIX p. 23. seqv., qui allegavit Herm. van der HARDT, in *Autographis Lutheri* cæt. T. III. p. 38. seqv. & Jac. Wilh. BLAVVS, Jen., in *denen Beytragen, zur Kenntnis seltener und merckwürd. Bücher* cæt. p. 195. seqv.
- <sup>1)</sup> *Lingua Coptica*, quæ Christianis, in Græcia, fuit usitata, originem traxit a sermonis Græci & Ægyptiaci confusione.

Germanice, Bohemice, Italice, Hispanice, Gallice, Anglice, Danice, Polonice, studio & labore Eliæ HVTTERI, Germani, Noribergæ, MDXCIX, in folio maximo.

## SECTIO VI.

### DE OPERIBVS QVIBVSDAM MANVSRIPTIS, QVAE NON SVNT BIBLICA.

**P**artium quoque duco mearum, inferere dissertationi aliquid, de MANVSRIPTIS RARIORIBVS, quæ, a sacris codicibus, sunt discernenda. Nam

- 1) FRANCOFVRTI AD MOENVM, in BIBLIOTHECA PVBLICA, non sine tædio, volutavi *exsecrandum quoddam ac detestabile manuscriptum latinum*, habens formam folii, & numerari solitum, inter opera sæculi XVII. Auctor fuit, quisquis fuerit, perfrictæ frontis nebulo atque diabolicus calumniator. Titulus, initio, nullus fuisse creditur. Adposuit tamen nonnemo, in pagina prima: *Durateus* (i. e. ligneus) *Equus Trojanus* cæf.

In omni isto opere contumelioso, cujus folia, simul sumta, unum adæqvant pollicem, oculis obijciuntur *ducente imagines, cum totidem, ex utroque sexu, personarum descriptionibus*; hominum præcipue illorum, quos memoria dignos reddidit belli, per triginta annos gesti, historia. Formas quidem personarum effictas esse calamo, quam artificiosissime, certum est, neque diffitendum, quod, in descriptionibus, latini sermonis infit elegantia & venustas. At fieri potest neutiqvam, quin fastidiose stomachentur omnes boni, dum non modo legunt satyras tolerabiles, sed nefandam, passim, apprehendunt & caninam audacissimi conviciatoris facundiam.

In

In simulacrorum dispositione, talem scriptor conservavit ordinem, qualis fuit ordo cogitationum, in animo istius, perturbato fummis odiorum acerbitatibus. Occurrit, primum, *effigies Adami*. Sequitur *imago Aaronis*. Cernuntur simulacra hominum *Judaicorum, mulierum Græcarum, & alia*. Possunt, si velimus, imagines considerari, tanquam *figuræ hieroglyphicæ*. Quos enim proxime repræsentant homines, ii aut omnes, aut maximam omnino partem, gerunt personas aliorum. *Phrynes*, verbi causa, futilissimæ, quam Græcia unquam tulit, meretricis, *imaginem comitatur descriptio Christine, quæ regnavit Sueciam*. Sub *effigie Aaronis*, verba sunt de *Pontifice Romano*. Ac *B. Lutheri nostri simulacrum antecedit, à sinistra manu, criminatio hujusmodi:*

*Iustus Baron de Luthero,*

*Heri Monachus,*

*Hodie Sponsus,*

*Cras Maritus,*

*Perendie Pater.*

Quod acerbitatis virus, præterea, in Doctorem optimum, evomerit nequissimus calumniator, consignare litteris, fuit pertaxum. Neque tamen pepercit, in effrenata sua petulantia, vel ipsis Romanæ fidei defensoribus.

2) ARGENTINÆ, meliori adspectu, pasti sunt oculi mei, animusque saturatus est, cum GRAMMATOPHYLACII ECCLESIASTICI DVO TABVLARIA mihi aperuisset benignitas S. REV. PATRIS, REVCHLINI. Etenim asservantur, in his scriniis, & *alia manuscripta antiquiora, & magna multitudo epistolarum*. Commonstrari possunt

a) *mille epistole, quas dedit Mart. BUCERVS, primus Ecclesiastici Argentorat. Præses, sæculo XVI. 1)* (Conventus b) qua-

<sup>Henr.</sup>  
1) Bucerus, Lutero nostro amicissimus, post obitum Caroli VIII, Regis Britan-

b) quatuor millia epistolarum miscellanearum, parim, ab ipso LUTHERO, scriptarum, manu propria.

Permistas, antea, & confusas illas epistolas, in ordinem alphabeticum, ab auctorum nominibus repetitum, summo studio, redegerat cel. REVCHLIN, easdemque disposuerat ita, ut, absque temporis dispendio, singulae possint inveniri.

Volumen, quod signatum est litteris, H-L., in se, complectitur epistolam B. LUTHERI, datam (sine dubio Vitemberga) d. IX. Julii, MDXXXIX, & inscriptam hisce verbis:

*Clarissimo Viro, Domino Wülffgango Capitoni, theol. Doctori, Servo in ecclesia Argentoratense fidelissimo, suo in Christo fratri carissimo cat.*

Plenam, his litteris, Capitoni fidem facit Lutherus, quod lumbenter acceperit, &, pro virili, habuerit liberaliter Gallos, ab ipso, sibi commendatos. Postea scribit:

*De tomis meorum librorum disponendis ego frigidior sum, & senior, eo quod, Saturnina fame percitus, magis cuperem, eos omnes devoratos cat.*

Tandem fit mentio annuli, quem dono acceperit Lutheri conjux, amiseritque inopinato <sup>1)</sup>.

3) Quae manuscripta, à bibliis diversa, illustravi BASILIAE, <sup>2)</sup> illorum catalogum breviter strictimque percensebo. Loquar vero de BIBLIOTHECA PVBLICA, inter cujus thesauros conspiciuntur

a) Acta Concilii Basiliensis, quod coactum est post Constantiense, anno MCCCCXXXI. His repleta sunt duo volumina, in amplissima.

nici, ab hujus successore, Eduardo, vocatus est, in Angliam, ubi, tandem, postquam defunctus erat, ossa ejus effodi comburique jusfit Regina, Maria.

<sup>1)</sup> Quod opinio eorum, qui, Lutherum, quoties scribere voluit copulam *et*, semper usum esse, perhibent, signo &, proxime accedat ad veritatem, mihi quidem argumento sunt epistolae, quas inspexi, omnes.

<sup>2)</sup> Scribo BASILIA, cum nonnullis recentioribus, qui repererunt vocem hanc, in vetere quodam monumento.

plisima. Conscripta vero sunt (presse quamvis & subtiliter, ita tamen, ut legi possint) a IOHANNE de SECOVIA, in Hispania.

Cancellarius, in Concilio, fuit ÆNEAS SYLVIVS, qui, euectus, in Pontificale folium, nomenque sortitus PII II, condidit Academiam Basileensem.

- b) *Breviarium Ecclesiasticum*, in forma quarta. Litteris latinis, quæ hujus codicis membranas decorant, vix ullæ possunt esse aptiores magisque concinnæ. Nitidissimarum quoque, in illo, picturarum præstantia, auriqve splendor est singularissimus. De anno, quo scriptum sit, legitur nihil.
- c) *Alcoranus Turcicus*, qui continetur foliis magnis, ex orientali bambacio confectis, nitentibusque politura.
- d) *Multæ chartæ, quas reliquit fanaticus, David GEORGIUS, seu IORIS, Delphio-Batavus*, extinctus Basileæ, anno MDLVI, quæve custodiuntur congestæ, in duabus cistis.

Basileenses quidem, decepti hominis fortunati modestia & honestate externa, circumventiqve, commutatione nominis, toleraverant eum, in urbe sua, per duodecim annos, neque censuerant indignum æstimatione. <sup>1)</sup> Veruntamen, post obitum, ab ipso genero, publice accusabatur pestilentissimorum errorum, causaqve satis cognita, cadaver illius, effossum, carnifici tradebatur, cum scriptis plurimis, concremandum.

- e) In alia, prioribus minori, cistella, sunt *epistole antiquæ, a variis exaratae caeteribus*. Mihi maxime jucunda fuit lectio duarum;

a) *epistolæ, quam dedit ERASMVVS Roterodamus, inscriptisque: D. Præposito.*

Fuit ille Præpositus, quocum, per litteras, egit Erasmus, Pastor, ad ædem Basileensem Sæ Petri. Annus, aut dies, non defini-

<sup>1)</sup> Fuit Ioris possessor ædificii Basileensis, dicti *der Spies-Hof*, de quo fusius loquar, germanice.

definitur, neque subscripsit auctor nomen suum. Sigillum est avulsam *cat.* Sed, ex omni argumento epistolæ, manifestum est, quod scripserit illam Erasmus Roterodamus. Vocat *opusculum* suum, quo *b. Lutheri doctrinam, de libero arbitrio, impugnaverat, nugamentum*, pergitque disserere, verbis sequentibus: *Hic (scil. in conficiendo opere) dies perdidit quinque, non sine magno tædio. Sciebam, me non versari, in mea arena. Rogo, dignere inspicere, & indicare, ubi a toto scopo, aberraverim. Nolim tamen, hoc ad alios pervenire.*

b) *epistolæ pusillæ, quam Leo X, Pontifex, ad Erasnum, misit, anno MDXVII.*

Scriptis Pontifex, aut jusfit scribere alium: *meo filio Erasmo.* Et, quamvis subscriptum non sit ipsius Leonis X nomen, legitur tamen, infra, nomen *Iacobi Sadoleti*, quem Pontificis ejusdem fuisse, constat, ab epistolis. Laudibus Leo nobilitat suum Erasnum, propter stabilem, in fide, perseverantiam. Qua titillatione Pontifex, arbitror, voluit impedire, quo minus, ad Protestantium partes, publice, accedens, Erasnum desineret stare, a Romanis *cat.*

f) *M. Johann Caspar Neumanns, Pred. zu Breslau, Kern aller Gebeter cat.,* in forma octava minori, oblonga.

Desinent mirari lectores, quod, inter opera manuscripta, relatum, accipiant huncce libellum, quando ipsis movebit aliam admirationem eximii, quod, in illo, exstat, artificii consideratio. Imitatus est scriba quidam, calamo suo, & in pagina prima, effigiem, inscriptioni respondentem, & omnes omnino litteras, typis impressas, tanta felicitate, ut multi, certandum, crediderint pignore, cum singulis, qui, exscriptam, negent arc, aut opera typographi, vel minimam totius opusculi particulam. Perfectum est, manu artificis, anno MDCXCVIII. Ligaturam habet, serico atrato ornatam.

- 4) BERNENSES *abundant* MANUSCRIPTIS. Quam ob rem, eo, quo bibliothecam ingrediebar, tempore, jam concinnare coeperant *catalogum criticum*, cujus prima pars non absoluta tantum erat, ab ipsis bibliothecariis, sed impressa. Addubitabat vero Præclariss. de HALLER, num duabus, æque magnis, partibus, reliqua possent comprehendi.
- 5) LAUSANNAE, vidi *duo permagna volumina latina*, (manuscripta) in quibus putantur contineri IOANNIS ANDREÆ BONONIENSIS, *Commentarii, in Decretalium libros quinque cat.* Scriptura, quæ membranas complet, est monachica, satis autem elegans.
- 6) GENEVENSES denique ostenderunt mihi *sermone S. AVGVSTINI, in forma folii minoris.* Erant scripti, *in papyro Ægyptiaca, ex arundine confecta.* Iubebar ego meis existimare conjecturis questionem, de hujus papyri materia, atque, componi eam potuisse, rebar, ex particulis asbesti, lapidis. Sed erraveram, in conjiciendo.

## SECTIO VII.

### DE LIBRIS RARIORIBVS IMPRESSIS, QUI NON SVNT BIBLICI.

Restat, ut loquar, de SCRIPTIS RARIORIBVS IMPRESSIS, iisdemque PROFANIS. Ac, ne confectæ omnia, brevi comprehendam potiora. Revocari possunt, ad hoc genus,

1) é BIBLIOTHECIS FRANCOVRTENSIVM, & quidem

a) é PLITTIANA, *Tabulæ geographicae*, in quibus sistuntur oculis non modo situs provinciarum picti, sed etiam scripturæ areæ, *diversas gentium linguas, vocibus ac sententiis, exprimentes.* Sunt igitur illæ tabulæ ita comparatæ, ut rectissime dicantur *geographico-grammaticæ* (Sprachen-Charten).<sup>1)</sup>

b) e

2) Ego quidem ipse nuper emi tabulas, Norimbergæ excusas, in officina Homaniana, & linguarum genealogiam, cum litteris scribendi quæque modis, exhibentes, ita, ut, ob oculos ponantur partes orbis principes, Europa polyglotta, Asia polygl., Africa polygl. & America, cum Supplementis polyglottis. Illas autem, quæ sunt, in biblioth. Plittii, opinor, esse recens excusas & emendatas.



b) É PUBLICA, CXV Fasciculi *Scriptorum*, maximam partem, polemiorum, quæ prodierunt, tempore belli Bobemico-Germanici, <sup>1)</sup> in forma octava. Etenim nec, in superiori seculo, defuerunt privati homines, qui, post publicos caussarum defensores, cum incredibile nonnunquam importunitate ac audacia, sibi arrogarunt facultatem & pronunciandi & consignandi litteris suas, de rebus principum gestis, aut gerendis, sententias. Quorum quidem nonnulli cum studuissent malam ornare causam, inficeto & ludicro scribendi genere, multi, vicissim, ex altera parte, aperiendo, pellere contenderunt istorum ineptias.

Accesit quoque, ad CXV, quos vidi, fasciculos, *alius*, in quo habentur *similis argumenti manuscripta*. Et; quoniam hæc libellorum collectio longe rarissima atque, in suo genere, unica, putatur; vitio verti nequit Francofurtensibus, quod, vendi posse, negaverint, tantum thesaurum, quamquam, eo usque, licitus erat Cardinalis, MAZARIN, ut, in pretio, se delaturum, polliceretur tria millia nummorum, quos Galli *Livres* appellant. Latent ibidem *Pasquillorum tomi duo*, impresi, anno MDCLIV, *Electberopoli, in Utopia*, ut scripsit auctor, lucem fugiens. Forma hujus libri, rarissime obvii, pariter est octava <sup>2)</sup>

F 3

2) é

<sup>1)</sup> Commoti anno MDCXVIII, & sublatis, pace Westphalica, anno MDCLXVIII.

<sup>2)</sup> Reverfus ego, in patriam, vidi exemplum aliud, in Hexapoli, CAMENZ, ita inscriptum: *Pasquillorum Tomi duo, quorum primo, versibus ac rythmis, altero, soluta oratione, conscripta quam plurima continentur, ad exhibilandum confirmandumque, hoc perturbatissimo rerum statu, pii lectoris animum, apprime conducentia, Eleutheropoli, MDXLIII*. Quo facto, mihi coepit esse dubium, an erraverim, præcepit, in scribendo: MDCLIV; nec ne. At, quoniam titulus exemplaris, in bibliotheca Camentiensium publica, asservati, non habet verba: *in Utopia*; editio exempli Francofurtensis, forsitan, est recentior. Accedit, quod exemplum Camentienfe complectatur, in se, *Triadem Romanam*, germanice scriptam, cujus initium hoc est: *Drey Ding halten Rom in Würden cat. Drey Ding werden köstlich gehalten in Rom cat. p. 271. seq.* Germanica enim, in suo exemplo, inveniri, negabat cel. Bibliothecarius

2) É BIBLIOTHECA ARGENTINENSI SCHWEIGHAVMIANA, Celeb. SCHOEPFLINI *Alsatia illustrata*, quæ, in duobus comprehensa voluminibus maximis, prodiit Colmaræ, anno MDCCLI. Opus hoc splendidissimum est tripartitum. Tertia pars, si illa nondum edita est, publici fiet juris propediem.

3) É BIBLIOTHECIS BASILEENSIBVS, & quidem

a) É FREYIO-GRYNEANA, volumen, quod inscribitur: *Bibliotheca universalis Conradi GESNERI, Tigurini Doctoris Medici*, MDXLV, in folio. Continet illud quam plurima subsidia, ad studium historię litterarię antiquioris, usque ad medium sæculi XVI.

b) É PVBICA, *le Terzre Rime de Messer Giovanni Dalla Cassadi, Messer Dino (f. Bino) & d' Albri*, MDXLII. Cernitur iste libellus, formam habens octavam, cum aliis rarioribus, in uno fasciculo. Legi sane non potest, absque offensione maxima, & execratione turpissimi fordidissimique auctoris, quippe qui spurca, ubivis, & obscœnis peccata Sodomitica describere, impudenter, ausus est. Sed, propter summam exemplorum paucitatem, tanti æstimatur, ut, quinqvies centum florenis, non veniat. Addo *Encomium Morie*, ab ERASMO Roterodamo, editum Basileæ, anno MDXIV. Prodiit liber satyricus, aut diatyrcticus, ex officina Frobenii, in quarta forma. Exemplo autem, quod custodiunt Basileenses, attribuitur pretium singulare, quoniam, notissimus & valde celebris, pictor, HOHLBEIN, Erasmo coævus, in multis paginarum extremitatibus, manu sua artifice, non penicillo, sed *atramento plumali*, festinanter & jocose, *formavit* rerum ac personarum *imagines*, cum dicitur  
Erasmi

thecarius Francofurtensis. Cæterum Jo. VOGT, in catalogo historico-critico librorum rariorum, rectissime, pronunciat, in errore, versatum esse DAN. HEINSIVM, dum is exemplo, in sua bibliotheca, custodito, adscripserit hæc: *Roma meos fratres igni dedit. Unica Phoenix vivo cæt. vid. p. 518. seq. ed. Hamburg. MDCCLIII.*

Erasmi congruentes. Occurrit, v. c., in una paginarum, *effigies b. virginis, Mariae*, ad magnam clericorum concionem, é suggesto, perorantis cat. In alia pagina, ubi Erasmus scripserat *stulta logicalia*, i. e., elogia satyrica de scotistis, Hohlbeinius pinxit Jo. Duns *Scotum, expirantem*, eo modo, ut, p̄stratus, in terram, ore aperto, emittere videatur animam, parvulo infanti non dissimilem cat.

4) É BIBLIOTHECA PVBLICA BERNENSI, LE PITTURE ANTICHE D'ERCOLANO ECONTORNI INCISE CON QUALCHE SPIEGANZIONE, Tomo I<sup>mo</sup>, it. Tomo II<sup>do</sup>, NAPOLI MDCCLX. Operis hujus, in charta regia maxima impressi, splendor laudibus meis major est. Rex enim, qui jusserat illud concinnari, neutiquam pepercit sumtibus, sed omnes suppeditavit adeo largiter, ut prodiret magnificentia, nomine suo dignissima. In foliorum, quæ prima sunt, duabus paginis, é regione collocatis, cernuntur statim artificia chalcographorum. Scilicet, a manu dextera, *imago Regis*, ad quam, in circulo, adjecta, leguntur hæc:

CAROLVS III, HISPANIARVM ATQVE INDIARVM REX;  
a sinistra vero simulacrum *Minervæ*, cum inscriptione gyrata: *Non minus ingenius artibus illa vacat.* In volumine ipso, conspiciuntur effigies hominum, brutorum, ædificiorum, rerum vegetabilium, vasorum, antiquiorum nummorum, monumentorum cat., ex Herculano. *Divendi operis exempla non solent.* Attamen Rex, muneribus suis, jam cœperat ornare Principum, aliasque, bibliothecas. Recordor, me vidisse exemplum, in Electorali, apud Manhemienfes, &, ni fallor, Genevæ, inveni aliud, in bibliotheca publica. Possident quoque Bernenses *opera quædam gallica*, in foliis regalibus, *pariter splendida & pretiosa*; ad quæ pertinent

LES RVINES DE PLUS BEAVX MONVMENTS DE LA GRECE cat.  
par M<sup>r</sup>. le ROY, a Paris, MDCCLVIII.

LES

LES RVINES DE PALMYRE, autrement dite Tedmor au Desert, a Londres MDCCLIII.

LES RVINES DE BALBEC, autrement dite Heleopolis dans la Cœlofyrie, a Londres, MDCCLVII.

Antecedunt, semper, descriptiones rerum memorabilium, in parte priori; figuras rerum descriptarum & imagines exhibet posterior.

5) É BIBLIOTHECA PVBLICA LAVSANNENSI, *Chronicon Noribergense*, cum eximia effigierum, buxo incisarum, multitudine. Anni, quo sit impressum, mentio nulla fit. Complectitur autem, in se, præter historias, simulacra personarum, de quibus verba fiunt, in historiis. Ego, perlustrans hoc volumen, reperi effigies Hannæ, Caiphæ, Pelagii, aliorum. Effecit inopinatus fortunæ favor, ut, in thesauri, quamvis permagni, possessionem, mira quadam facilitate, venerint Lausamenses. Nam erudito & providenti Bibliothecario contigit, emere illum, viginti bacenis.

## SECTIO VIII.

CONTINENS ET ALIA MISCELLANEA ET EPITOMEN EORVM, DE QVIBVS DISPVTABITVR, IN PARTE SEQVENTE.

**A**ppendicis loco ponam caput mixtum e rebus dissimilibus. Etenim

1) jucunda mihi nunc est memoria INSCRIPTIONVM, quas vidi BASILEÆ, LAVSANNÆ AC GENEVÆ.

a) Murus, quo cinctum est BASILEENSE pomoerium, e regione horti medici & armamentarii, conspicitur tectus, EPITAPHIIS JVDAICIS. Delevit, fateor, tempus, edax rerum, multas, in illis, voces, certe litteras. Attamen & aliæ videbantur adeo integra, ut, critici, ebraice docti, operam, in iisdem perscrutandis, non male collocatum iri, putaverim.

b) LAV-

b) LAUSANNENSES, in bibliotheca publica, custodiunt monumentum perantiquum, cujus inscriptio hæc est:

Banira & Doninda

Daidali uxor & lato

Icari fil. I. (i. e. Iunoni)

Et Sulsis suis qui curam

Vestra (scil. caussa) agunt idem (pro idem)

Capo Icari f.

Quantquam interpretatio verborum quorundam subdificilis sit; illud tamen facile potest intelligi, quod monumentum fuerit sacrum Iunoni & Sulsis, s. spiritibus familiaribus. Habetur, in lapide arenaceo subtiliori, quem dicunt effossum, in ditione Laufannensi, eo loco, ubi adparent rudera devastata urbis, Arpentinæ. Longus iste lapis est unum cubitum, latus cubiti partem dimidiam, quartam vero partem adæquat ejus crassitudo.

c) Super GENEVENSIUM tribunali publico, à dextera manu, muro infixæ, habetur tabula quadrata, ex aurichalco conflata & inscripta, verbis sequentibus: *Quum, anno MDXXX, profligata Romani Antichristi tyrannide, abrogatisque ejus superstitionibus, sacrosancta Christi religio, in suam puritatem, ecclesia in meliorem ordinem, singulari Dei beneficio, reposita, &, simul pulsatis fugatisque hostibus, urbs ipsa, in suam libertatem, non sine insigni miraculo, restituta fuerit; Senatus Populusque Genevensis monumentum hoc, perpetuæ memoriæ caussa, fieri atque, hoc loco, erigi curavit, quo suam erga Deum gratitudinem, ad posterum, testatum faceret.* Sunt, in eadem urbe, adhuc tres, forsitan plures, inscriptiones, quas silentio præterit SPONIVS, in opere suo historico <sup>1)</sup>.

MALO

<sup>1)</sup> Est illi titulus: *Histoire de Geneve par Mfr. SPON*; atque, novis locupletatum observationibus, edidit illud, in forma quarta maj., auctor anonymus,

G

quem

MALO ESSE, QUAM VIDERI <sup>1)</sup>. Hæc inscripta sunt, litteris inauratis, in superliminari portæ cujusdam; ædificii nimirum, in quo fuisse perhibetur, quondam, planities equitabilis (*am alten Reithause*.)

BEATI, QUI FACIUNT IUSTITIAM IN OMNI TEMPORE. Hæc leguntur, in atrio curiæ. Granarium vero publicum, ædificio mercatorio superstructum, ornat enunciatio: DITAT ET ALIT <sup>2)</sup>.

2) Pariter mihi dulcis esse solet recordatio *sermonum*, quos *mecum habere dignati sunt Theologi exteri*, de materiis, ad argumentum subjectis, non uniusmodi. Sed, quia disputatio jamdum facta est opinione mea longior, pluribus omisfis, attingam paucos breviter.

a) FRANCOFVRTI AD MOENVM, Magn. PLITTIVS, sincere mihi exponebat, de *controversia, quam, cum Reformatis Francofurtensibus, diu satis, habuerunt Evangelici*. Tradiderant Evangelici duodecim familiis, é Gallia fugatis, *templum*, quod hodie, adhuc, vocatur *Gallicum*. Fuerant autem (ut asseverant recentiores) circumventi, inductive ad credendum, quod miseri homines, patria pulsi, essent socii Augustanæ confessionis, non-variata. Intelligentes igitur, proposuisse nonnunquam eorum doctores, in orationibus publicis, dogmata Zwinglii & Calvini, denegarunt ipsis libertatem, antea concessam. Unde secuta lis forensis, quam tamen compositum iri, sperabat S. R. ANTISTES, eo modo, ut Reformati accipiant licentiam extruendi templum, in suburbio. <sup>3)</sup> Cel. Bibliotheca-

quem fuisse, novimus, Mfr. GAVTIER (Walther), Conseiller & Secrétaire d'Etat de Geneve.

<sup>1)</sup> Germ. *Ich will lieber seyn, als, mir haben den Schein*. It. *Ich will lieber essen, als mich sehen lassen*.

<sup>2)</sup> Curabit, spero, m. ven. BEVMELBERG, ut, & his, & aliis, auctum partibus, aliquando, prodeat opus Sponii.

<sup>3)</sup> Conf. duo opuscula polemica B. FRESENII <sup>1)</sup> *Die Abwiegung derer Gründe, warum denen Reformirten ext.* <sup>2)</sup> *Das Kirchen-Geschichte derer Reformirten zu Franckfurt ext.*

thecarius, D. KNEVSEL, postquam nobis dixerat, eo, quo agitari cepit controversia, tempore, plurimos Reformatorem esse reverfos, in Galliam, ostendebat *calicem inauratum, cum operculo, quem valedicentes dederint Evangelicis, in sui memoriam*. Meretur etiam commemorari *singularis ille consensus, quo, post primum sæculi nostri decennium, per viginti annos, Reformatorem doctrinam, de Predestinatione, impugnarunt duo Antistites Francofurtensium, PRITIVS, Doctor ecclesie Evangelicæ, & PRÆTIVS, Romano-Catholicorum Decanus*. Nam relatum accepi, quod, uno quasi ore, conclamaverint ambo, in concionibus publicis, ac tanto contenderint opere, ut excitati fuerint Reformati, ad conquerendum: *Priz und Præz haben sich vereiniget, uns webe zu thun!*

- b) BASILÆ f. Rev. BVXTORF, qui audiverat, ex amico, de meis, in templo cathedrali, quod intraveram, *epitaphium Erasmicum* videntem conatibus, me, ingressum aedes ipsius, alloquebatur ita: *Totumne vidisti Erasmus Roterodamum, sicut Meibomius totum vidit Petronium Bononiæ?* Similitudinem ergo adferebat Senex venerabilis, aludendo ad historiam cujusdam Meibomii <sup>1)</sup>, quem, falsa opinione, ex itinerario accepta, perhibent, esse commotum, ut, in Italiam venire, maturaret, Petronium videndi causa. Namque Meibomius verba hæc: *Bononiæ totus asservatur Petronius; falso*, intellexerat, *de scriptis Petronii, & profectus, deinde, ad Bononienses, ab iisdem petebat, ut ostenderent sibi totum Petronium*. Enimvero *Petronius, integer, Bononiæ, non est, nisi, quoad cadaver & ossa, eorundemve partes forsitan essentielles, consideratus*. Incidebamus, postea, in mentionem *tabularum vitrearum*, variis ornatarum picturis & coloribus, quas ego lustraveram oculis, in bibliotheca publica, & ex quibus *unam, præcipue, judico, memoratu dignissimam: Scilicet eam, in*

G 2

qua,

<sup>1)</sup> Henr. Meibomii, Lubecensis, Prof. Med., Histor. & Poët. Helmst., de cuius itinere, in Italiam, vid. B. IOECHER, in *Gelehrten-Lexico* cæt.

LII PARS PRIMA. DE PROFECTIONE IN *cat.*

*qua, jussu Christophori ab UTENHEIM, Episcopi Basileensis ultimi, 1) picta est imago O. M. SALVATORIS, cruci affixi, cum subscripta confessione: SPES MEA CRUX CHRISTI; GRATIAM, NON OPERA, QUÆRO. Adjiciebat Rev. BVXTORF enarrationem de cel. BERNOVLLIO 2), qui, propter metrum, facta litterarum transpositione, pro: Grätiam, non òpera, quæro; scribere maluerit: oriam, non gràpera, quæro cat.*

1) In vivis adhuc erat ille Episcopus, Romano-Catholicus, sed sincerus veritatis Evangelicæ confessor, anno MDXX.

2) Fuit BERNOVLLIVS noster, denatus anno MDCCXLVI, Professor Mathes., in Acad. Basil., & Parens Fratrum, æque celebrium, Danielis & Johannis, BERNOVLLII, qui muneribus publ. funguntur, in eadem Academia, Ille nim. officio Prof. Phys., Hic. Prof. Mathem.

Sit, jam, PARTIS PRIMAE FINIS.

In SECVNDA, dicere constitui, de SOCIETATE, LITTERARIA MANHEMIENSI, de splendidissima ELECTORIS BIBLIOTHECA, de rebus quibusdam HEIDELBERGENSIBVS, de BIBLIOTHECIS NORIBERGENSIVM, de DOCTORIBVS ACADEMIÆ ERLANGIENSIS *cat.*



Attamen vis reverentiæ ac amoris, quo prosequor VIRVM IVVENEM GENEROSISSIMVM DE LEVBNIZ, repugnat mihi deposituro calamum, sine precibus, pro IPSIVS incolumitate, expetito in patriam reditu, & omnis generis felicitate. Supremus rerum humanarum moderator, potentissimus, omnifapiens benignissimusque peregrinantium protector, benedicendo, impleat, vota GENEROSISSIMORVM PARENTVM, PATRVI & MATRIS. Avertat omnia mala, faxitque sua gratia, ut, quidquid, apud externos, suscipit FILIVS DILECTISSIMVS, concludatur exitu quam maxime salutari.







COMMENTATIONIS  
DE ITINERE IN HELVETIAM  
FACTO CÆT.

PARS SECUNDA,  
DE REDITU IN PATRIAM.

SECTIO I.

DE VIRIS ILLUSTRIBVS, IN REVERSIONE  
SALVTATIS.

**V**IRORVM PRÆSTANTIVM, a me visorum in reditu, nomina tantum non omnia, jam continentur narratione priori de urbibus inter *Spiram & Aquileam*, s. *Lausannam*, sitis. Quia enim via profecti eramus ad *Lausannenses* eandem ego tenui ad *Spirenses* revertens. <sup>1)</sup> Deinde *perrexi*, *Spira relicta*, ad locum quendam vicinum, *Reebütt* vocari solitum; unde me contuli ad dexteram, petens METROPOLIN PALATINATVS INFERIORIS (Archipalatinatus). Post autem, confecturus iter reliquum, contendi, per *Heidelbergam*, *Bruchsalium*, *Stugardiam*, urbes aliquot Imperiales, & *Onolsbacum* ext. ad *NORIMBERGENSES*. Tandem veni *Erlangam*, *Forchbenum* <sup>2)</sup> *Bambergam*, *Coburgum*, *Neostadium* ad silvas, & ita porro. Accipiant igitur Lectores, quam tradere coepi, nomenclaturæ absolutionem.

D) MAN-

<sup>1)</sup> Conf. P. I. Sect. III. N. 8. seqv.

<sup>2)</sup> Forchhemi natus est Pontius ille Pilatus, Teutonicæ gentis, crucifixor omnipotentis. Hübner.



- 1) MANHEMIVM proficisci me iusserat Magn. SCHOEPPFLIN, Argentoratensis, dederatqve mihi litteras commendatitias ad Præcell. Andr. LAMEY<sup>1)</sup>, Ipsi quondam ab epistolis & curis bibliothecæ, tunc Bibliothecarium Electoris Palat., & Secretar. perpet. Academiæ scient. & elegant. litter. Manhemienfis, Virum præclara eruditione, cujus in me benignitas tanta fuit, ut vix ulla potuerit esse major.

Eram primum in eo, ut iter adornarem ad Moguntinos. Namqve Ill. LEHNEMANN, Consiliarius Francofurt., me, cum debita cogitatione ac industria, peragraturum, negaverat, regiones Rhenanas, ni splendidissimum illud ædificium viderem, quod Moguntia est; *templum scilicet cathedrale Carthusianorum*. Enimvero, cum exposuisssem Argentiæ de meo Moguntiam excurrendi consilio, *Cel. SCHOEPPFLIN*, contendens additis rationibus, qui litterarum causa peregrinentur, eorum interesse plurimum, ut inspiciant bibliothecas, *se concessurum, pernegabat, quod viderim ego quidpiam, nisi me paterer mitti ad Academiam Scientiarum, quæ Manhemii floreat*, ibique lustrarem oculis BIBLIOTHECAM ELECTORALEM, recens institutam, ordinatam, & quamvis illa nondum perfecta sit, instructissimam tamen ornatissimamqve in ipsis originibus. Qua quidem hortatione facili negotio ad obediendum commoveri poterat acris & vehemens bibliothecarum amator. Neqve, futurum, vereor; ut obedientia hujus me unquam poeniteat. Rebus enim omnibus *ita me tractavit Præstantissimus LAMEY, ut, commendationem SCHOEPPFLINI non fuisse vulgarem, abunde intellexerim.*

Hoc

- <sup>1)</sup> Scripsit Honor. LAMEY in albo meo: *Vita sine CHRISTO mors est; imitatus forte suum SCHOEPPFLINVM, Qui posuerat hæc: Vita sine litteris mors est. Si quis rite attendens album inspexerit; ne is cum admiratione sentiet naturalem utriusque in arte pingendi litteras cognationem atqve consentium plane singularem.*

Hoc Ipso Fautore optimo comite, adibam f. Venerab. Car. Benjam. LISTIVM<sup>1)</sup>, Consiliarium Consist. & Past. primar. Ecclesiae Evang. Luther. Manhemienfis, Virum, doctrina probitate ac meritis egregium.

De *Academiae Scientiarum Ornamentis reliquis* non nihil adferam in Sect. II.

2) HEIDELBERGÆ multum omnino me iuvisset chartula, quam a laudato Bibliothecario Manhemienfi acceperam, si fuisset longior mea in urbe commoratio. Etenim Prænobiliff. Winandus Petrus KELLING<sup>2)</sup>, Academiae Elect. Palat. sodalis, perspecto scidulae argumento, verbis ac rebus testabatur flagrans de me merendi studium. Sed obstabat mea festinatio, studiosa tunc in abeundo celeritatis.

Attamen properatio illa impedire non poterat, quo minus salutarem duos Adfessores Consistorii Archipalat. Evangel. Lutherani; Viros nimirum summe Venerabiles, Johannem Wilhelmum<sup>3)</sup> & Carolum Philippum<sup>4)</sup>, ZEHNEROS, Parentem ac Filium. Erat ille Consistorii Consiliarius, & Ecclesiae Heidelb. Evang. Antistes; Hic vero itidem Consistorialis & Patri adjunctus. Dulcissimo Filio mecum fruebatur amicitiae recordatione, quam Jenæ colueramus ambo per triennium, quæve manserat in utriusque, loco etiam disjunctorum, animis firmissima. Accipiebar & habebam adeo suaviter, ut non possem non dolere de matura discesione, per res, quæ circumstabant, maxime necessaria.

H ij

3) ONOLS.

1) *Cum recte vivas, ne cures verba malorum.* Hæc inseruit albo LISTIVS, solatii forsitan causâ, postquam incideramus in sermonem de iis, qui possent sibi sumere facultatem, iter a me susceptum dijudicandi perperam.

2) — *Res age, tutus eris.*

3) — *Non licet, a facie presentem cernere quemvis.*

*Sed licet, Autographo cernere quemque suo.*

4) *Sapiens secum in pectore circumfert, quo se commendet quibuslibet.*

- 3) ONOLSBACI salutem dixi breviter summe Rever. Johanni Christiano a KNEBEL<sup>1)</sup>, Consiliario Eccles. & Consist., Ecclesiæ cathedr. Antistiti, Cujus Filium, natu minorem, viseram in Academia Genevensi<sup>2)</sup>. Beneficiis etiam non uniusmodi ornatura me fuisset Viri ad omnem comitatem facilitatemqve proclivis amicitia, si potuissem versari cum Eo diutius.
- 4) NORIMBERGÆ mihi nil faciendum putavi prius, quam ut conciliaretur ad benevolentiam erga me animus Magnifici & f. Rev. Ad. Rud. SOLGERI<sup>3)</sup>, totius Minist. Eccles. Antistitis, in Æde primaria divi Sebaldi Pastoris, Historiæ Eccles. & Litterariæ Professoris publ., Illustris Reipublicæ Bibliothecarii. Neqve omnino inanes ac irriti fuerunt mei conatus. Nam non modo leniter & clementer me admisit Vir beneficentissimus, sed etiam, facta singulari amoris declaratione, fautor mihi exstitit, & per biduum adjutor, in agendis omnibus, quæ vim habebant ad promovendum fines, quorum causa veneram. Introduxit me bis in *suam bibliothecam*, atqve Ipsius humanitate pariter mihi patuit aditus, in *bibliothecam publicam*. Quid? quod ne perfrigida quidem hyemis tempestate se teneri & abstrahi passus est, quin consumeret mea causa plures horas inter loculamenta librorum?

Cum BIBLIOTHECA SOLGERIANA vix æqvare conferriqve posse videtur, in oris Germanicis, ulla privata, præsertim, si suo astimemus pretio libros rarioris ac præstantioris metalli. Quare, ut eleganter, sic etiam meritissimo, *laudes illius celebrans Poëta*<sup>4)</sup>, suam de magnificentia præstabili sententiam explicuit hoc modo:

*Gloria*

<sup>1)</sup> *Disce DEO vivere; disce mori.*

<sup>2)</sup> Conf. P. I. Sect. III. N. 15. p. XXVIII.

<sup>3)</sup> — Per varios casus, per tot discrimina rerum,  
Tendimus in patriam.

<sup>4)</sup> Cel. Jo. Sigism. LEINKER, Medic. D., in carmine elegiaco, quod inscribitur:  
*Bibliotheca Solgeriana.*

*Gloria semper erit, raros dignoscere libros;  
Præcipue, tantum si cumulatur opus.  
Scilicet heic acies oculi perstringitur omnis,  
Dum, quo quis spectat, fulget ubiqve decus cat.  
Atria conspexi quondam libraria Regum;  
Non ibi spectandi copia tanta fuit.*

Deinde Magnif. Possessoris, urbanitati sociam, liberalitatem cecinit  
verbis, quorum ego veritatem sum expertus.

*Advena, inquit, libertas tibi, spectature, recludit  
Omnia; concessõ protrabe jure locis.*

*Quid jurat obrutus? dixi (in bibliothecis quorundam Principum);  
a custode negatur,*

*In manibus libros sæpe diuque teri.*

*At vero hic aditum Domini facundia pandit,  
Spectator, fructus deliciasque capis cat.*

Nolo tamen copiosius eloqui res Solgerianas, in hac disputatione;  
si quidem cesfi hortationibus amicorum, id expetentium, ut *describam  
bibliothecas patrio sermone.*

Qua de acceptis Norimbergæ latabar, meam discessuri  
hilaritatem auxit Vir Venerandus oblato munere, mihi longe caris-  
simo; *catalogo videlicet suæ Bibliothecæ critico* <sup>1)</sup> tribus com-  
prehensio voluminibus, in forma octavi ordinis majore. Atque  
pignoris hujus, sancte custodiendi, adeptionem eo magis me-  
mini jucunde ac suaviter, quod mihi tradidit liberalissimus Antistes

H iij *exam-*

<sup>1)</sup> Habent igitur homines studiis doctrinisque dediti, quod multorum nomi-  
bus desideravit Poëta noster, in fine carminis ita optans:

*Mesibus ut (vero) lætari ecclesia possit,*

*Publica Vir nobis lucra dare, fave.*

*Differat hinc nullus, quod jam moliris, hiatus;*

*Librorum titulos Ipsæmet ede Tuos.*

*exemplum, suo Ipsius usui consecratum* <sup>1)</sup>. Brevi comprehendam, quæ supersunt, & summa esto hæc: *Erat SOLGER Norimbergensis mihi verus SOLIGER*, habens in optimo nomine pereximium omen; Solem quippe *gerebat*, ut in pectore, ita in factis, me foventem luce sua & ex voto collustrantem. Meditatus sum, fateor, de referenda gratia. Sed, cum, cogitationis hujus genetrix, voluntas fuerit inops, descendi a referendo ad perfolvendum verbis menteque semper memori.

Insperanti, at feliciter, mihi cecidit, ut amicitiam jungerem, in ædibus Solgerianis, cum Præclariss. & Doctiss. Joh. Conr. HARREPETERO <sup>2)</sup>, A. M. & Philos. Doctore. Quo facto salutavi s. Rever. Andr. REHBERGERVM <sup>3)</sup> Antislitem ad d. Jacobi.

- 5) ERLANGÆ, conturbatus propemodum, desideratæ pridem, voluntatis spe proposita, festinavi præceps ad invisendum Magnif. & s. Venerab. Jo. Andr. BVTSTETT, S. S. Theol. Doctorem, & Profess. publ. ord., Antislitem Palæopolitanum, *Patronum*, cujus jam colendi, *ehu! cineres*. Anni enim præterfluxerant duodecim, ex quo coram venerari non potueram *optimum Præceptorem*, Qui & formaverat, in Illustri Rutheneo, meum juvenile ingenium sua doctrina, & alias bene mihi fecerat more Parentis. Percipiens Is Ipse lætitiâ ex meo adventu, me amplexabatur amicissime, ac, per biduum, maximo adficiebat honore. Inspecto albo renovabat sententiam: *Nasci bonum; renasci melius; DENASCI OPTIMUM!*

<sup>1)</sup> Est exscriptum typis in charta regia, & sacrum illud esse jusse SOLGERVS meæ, ut ait, bibliothecæ, verbis, manu propria titulo infertis. Vendere bibliothecam decreverat Magnif. Senex, non abesse suam ætatem longe a sepulchro, sentiens, universam tamen ac integram; ut ne forsan in manus ineptas inciderent pretiosissimi Ejus thesauri.

<sup>2)</sup> Les Philosophes sont faits, pour faire des Hommes, & les Femmes pour faire des Philosophes.

<sup>3)</sup> Πάντα καὶ ἐν πασὶ Χριστῶς.

MVM! <sup>1)</sup> Immo vero; *denatus* jam *perhibetur*, fato hominum, mortali conditione generatorum, communi. O tristem nuncium de Præstantissimi Doctoris morte matura! Hærebit, vel confumitis lacrymis, infixus animo meo dolor. Obiit equidem in senectute; at decesit mature nimis orbi litterato; ne dicam de luctu Viduæ ac Liberorum. Et, quamvis in proverbio sit: quod, extincto uno homine, alter non deficiat; *alterum* tamen, in hoc vel illo loco, *BUTTSTETTVM desiderari*, dubito nullus. Fuerunt huic Theologo, e pluribus superstites, duo Filii, Quos, bonæ spei adolescentes, mihi, cum Geræ mererem, in disciplinam commendaverat Prens, Viri postea juvenes eruditi, in re litteratorum publica, Coburgensibus præsertim, non ignoti. Sed exspiravit uterque ante Patris obitum. Infit, velim, in commemoratione hac, tenue quamvis, aliquod tamen, pietatis & gratæ mentis monumentum. *DET DEVS omnipotens & summe benignus afflictæ FAMILIÆ mei, vñ èv áyiois, BUTTSTETTI, dulcibus suis solatiis, fomenta dolorum; nec desinat Illis esse fidelissimus, in avertendo mala Tutor, Patere in largiendo cujusque generis felicitatem, propitiis ac benedicens.*

E cæteris in Academia Erlangensi Doctoribus, a me visi salutatiqve sunt Viri Magnif. & f. Reverendi, Joach. Ehrenfr. PFEIFFER <sup>2)</sup>, S. S. Theol. D. & Prof. p. ord., Superintendens cat., & Jo. Rud. KIESLING <sup>3)</sup>, S. S. Theol. D. & Prof. ord., Pastor templi Academici. Neque minus Viri Magnif. Christianus Ern. a WINDHEIM <sup>4)</sup>,  
Philos.

<sup>1)</sup> Antea scripserat eam Jenæ, hospes ibi anno MDCCL.

<sup>2)</sup> — Hæc mea est *sublimior Philosophia: Nosse CHRISTVM, Eumque crucifixum.*

<sup>3)</sup> — Divini animi est, *semper aliquid boni cogitare.*

<sup>4)</sup> Celeb. a WINDHEIM me jam plures adhuc annos dignatus erat sua benevolentia, e commercio litterarum, quod habuimus, factis intelligenda. Epim-

Philos. Prof. p. ord., & Paulus REINHARDVS <sup>1)</sup>, Prof. p. ord.  
Antiquit. & Poëseos.

6) Progressus deniqve, ad COBURGENSES, quantum temporis a reli-  
quis vacavit negotiis, tantum ego sumsi ad nunciandam salutem &  
Ecclesiæ, & Illustris Casimiriani, Doctoribus; nimirum

a) Magnif. & f. Rever. Erdm. Rud. FISCHERO <sup>2)</sup>, Cosiliario Consist.  
& Præsuli Ecclesiarum.

b) Venerab. Jo. Casim. HAPPACHO <sup>3)</sup>, ni fallor, Archidiacono;

c) Max. Rever. Jo. Sam. FLOEDTNERO <sup>4)</sup> S. Minist. Subsen., &  
Diacono ad S. Mauritii;

d) Summe Rever. Erh. Andr. FROMMANNO <sup>5)</sup>, S. S. Th. D. & Prof.,  
Gymnasii Acad. Casimir. Directori.

## SECTIO II.

DE ACADEMIA SCIENTIARVM ET LITTER. ELEG.  
ELECTORALI, QUÆ MANHEMII FLORET.

### §. I.

**E**rat Academia scientiarum Manhemienfis, in ipsius anni MDCCLXIII,  
quo me miserat Magn. SCHOEFFLIN, auctumno constituta, & for-  
tita

vero pro dolor! & hic jam superiori anno discescit de contubernio mortali-  
um, in ipso flore ætatis. Antecesserat illum obitu suo prima Conjux, B.  
MOSHEMII filia natu major. Altera Conjux, vidua, est marito superstes.  
Suum fecerat Vir Magnif. effatum hoc: *Magna existimatio magnum malum;*  
*beatior longe obscuritas.*

<sup>1)</sup> Rex est, qui metuit nihil;  
Rex est, quique cupit nihil.  
Hoc regnum sibi quisque dat.

<sup>2)</sup> *Calcanda sunt terrena, ut cœlestia consequamur.*

<sup>3)</sup> Scr. dialecto Samaritana: *Laus sit Deo, Domino, mundorum misericordi mi-  
seratori.*

<sup>4)</sup> — ex Pf. XXXVII, 5. *Befehl dem Herrn deine Wege cœt.*

<sup>5)</sup> *Quæ nobis, cælum adspicientibus, sinistra videntur, ibi dextra sunt.* Cel. Jo.  
Bernh.



SECT. II. DE ACADEMIA SCIENT. MANHEM. cæter. LXI

tita nomen ACADEMIÆ ELECTORALIS THEODORO-PALATINÆ, a SERENISSIMO *Conditor*e, CAROLO THEODORO, ELECTORE PALATINO.

Ostendebat mihi Præcell. LAMEY *decretum PRINCIPIS*, munitum nomine ac insignibus Electoralibus, in cera rubra impressis. Cernebatur vero sigillum & asservabatur in bulla, decreto appensa, capsula rotunda argentea & aurata.

§. 2.

Qui de *sine* sciscitantur, *Academiæ Sodalibus propositis*, & Eorum occupationibus, iis me satisfacturum, spero, optime, si percensuero *leges quasdam*, latas ab ELECTORE, ac Societati traditas. Cognoscendas itaque obferam summas trium potiorum.

- a) Academia Electoralis Theodoro-Palatina, *de rerum gestarum atque naturalium, Palatinatus præcipue, historia, artibusque*, eo spectantibus, sollicita sit; in omnibus merito suprema lex esto.
- b) *Lingua*, in scribendis commentariis cæter., *princeps esto Latina; Germanica & Gallica subsidiarie* sunt.
- c) Novum, alternis classium vicibus (i. e. modo historicum, modo physicum) *problema* publicator.

§. 3.

Scitum quoque ac statutum illud est, ut ponatur quotannis *præmium*, a Concilio Academico decernendum homini erudito, qui enodaverit optime, explanaverit amplexusque verbis sit *problema* quoddam præcipuum. Vocatur nempe in quæstionem res dijudicatu visa difficilior, & cujus de hac ipsa commentatio maxime censetur meditata, solida &

Bernh. WIEDEBURG, Prof. Mathem. Jenensis: *Heu quam sordet tellus, si cælum adspicio!*

accurata, is adjudicatos sibi accipit *quingvagina* nummos aureos, qui *Ducati* appellantur.

## §. 4.

Academiae Manhemienfis *conventus ordinarii singulis* aguntur Jovis *diebus*, in cornu arcis dextero, ubi *conclave sodalibus* adsignatum est, Bibliothecae Electorali vicinum.

Erant *conclavis hujus quatuor parietes* insigniter decorati aulæ (tapetis) *textilibus linteis, versicoloribus, in superficie maximam partem candida, florum fasciculos referentibus.* In angulo superiori dextero stabat *grammatophylacium*, figuris nitidum buxeis atque *caelaturis* ornatum non uniusmodi; in medio autem *conclavis mensa major, ad quam confidere debent sodales*, pannis obducta viridibus. Atque omnino *mensa illius forma est plane singularis.* Cernitur illa, ex tribus mensis minoribus quadratis & oblongis, coagmentata eo modo, ut omnes, in sua constructione, locum circumscribant vacuum (rebus aspectabilibus), quadratum eundemve oblongum. In pariete superiori *tres sunt, vel quatuor, fenestrae*, quibus e regione partem totius mensae collocarunt mediam; cum ex duabus reliquis partibus alia semper alii *conclavis parieti respondeat*<sup>1)</sup>. Latitudo, per singulas partes aequalis, tanta est, quanta requiritur ad reponendum libros & scribendum commode. Sunt etiam in promptu *quindecim selle* cum pulvinaribus, pariter viridi panno velatae, quas ordine suo ad mensam dispositas inveniebam. In ipsa vero mensa, imparibus a se invicem remota intervallis erant *septem atramentaria, totidem scalpella, forfices, emunctoria* *cet.* Introductus ego per ordinariam *conclavis januam*<sup>2)</sup> deprehendisse mihi videor, obviam a  
fimi-

<sup>1)</sup> Est igitur evidens, quod in omni mensa majori, octangula, & ex tribus composita mensis minoribus oblongis, anguli exteriores cuneati sex, interiores autem & obliqui duo, conspiciantur.

<sup>2)</sup> Discernenda hæc est ab *alia janua*, in pariete ad sinistram, quæ ducit in hypocau-

SECT. II. DE ACADEMIA SCIENT. MRNHEM. cet. LXIII

sinistra manu, *fornacem* rotundam, variis in locis mensas minores, specula, & alia.

§. 5.

*Asident, in concilio, Præsidi, cum Directore ac Secretario, Societatis membra duodecim.* Et sic omne Collegium Academicum ordinarie constituitur *quindecim personis*, quarum tres sua occupant loca in sellis, ad mensam partem supremam & mediam dispositis, ubi a tergo sibi habent fenestras, confidentibus aliis, sex a dextra, sexque a sinistra, manu, ordine, qui subsequitur.

§. 6.

Fieri sane non potuit, quin Academia redderetur splendida nominibus lectissimorum Virorum, & excellentium summæ dexteritatis gloria; si quidem *ELECTOR*, sapientia tanto Principe dignissima, *elegit a) PRÆSIDEM ILLUSTRISSIMUM AC GENEROSISS. AB HOHENHAVSEN*, belli alias Imperatorem, sed non minori cum studio & industria de Musis mereri solitum, quam de rebus militaribus; *b) DIRECTOREM MAGNIF. SCHOEPFLINVM* Argentinensem; *c) SECRETARIVM*, qui Sodalitati ab epistolis sit, *PRÆCLARISS. LAMEY*, Bibliothecarium; *d) ADSESSORES VIROS ILLUSTRISSIMOS AC GENEROSISS.*, *A STEMPEL*, *AB OBERKAMP & A VONCK*, Ipsi ELECTORI a consiliis functionibus, alios.

Addo igitur, quod *locum*, in superiori parte *medium* teneat *ILLVSTRISS. PRÆSES AB HOHENHAVSEN*, Eique *ad dextram* sedeat *MAGN. SCHOEPFLIN*, DIRECTOR; *ad sinistram* *ILLVSTRISS. CONSILIARIVS A STEMPEL*; *SCHOEPFLINI ad dextram PRÆCELL. LAMEY*, SECRETARIVS; *ILL. STEMPELLII ad sinistram ILLUSTR. CONSILIARII AB OBERKAMP, A VONCK*, cet.

I ij

§. 7.

pocausa, libros lustraturis qualibet hebdomade bis patentia, unde venit ulterius in bibliothecam.

§. 7. Est palatium, ELECTORIS arci propinquum, quod *Fratres e societate JESV* incolunt. Data quoque mihi fuit occasio salutandi unum ex illis, Rev. Diaconum Ecclesiae Aulicae & ELECTORIS Archibibliothecarium, Monf. l'Abbé MALLIOT, Virum eruditione, quod plures adfeverabant, praestantissimum, neque politioris expertem humanitatis. Enimvero, qui cooptatus fit in Academiam s. Societatem litterariam, Clerici Romano-Catholici me nomen audivisse non recorder.

### SECTIO III.

#### DE BIBLIOTHECA ELECTORIS PALATINI.

§. 1.

Quamquam, de bibliothecis loqui copiosius in hac disputatione, animus non erat; MANHEMIENSIS tamen ELECTORALIS locum *sibi poscere videbatur*. Etenim suspicabar, fore plerosque, qui, cum sectionem legerint antecedentem, lubenter essent accepturi nonnihil de Bibliotheca PRINCIPIS, ad *Academiae scientiarum usus potissimum destinata*.

§. 2.

Accreverat librorum, ab ELECTORE, *litterarum amantissimo, congestorum, numerus jam tum ad multa millia*; atque dubium non est, autum iri thesauros & evectum brevi tempore ad summam magnificentiam.

Ego quidem in votis habui, ut jungeretur aut nostrae, quam *Dresdae custodiunt*, BIBLIOTHECAE ELECTORALI, aut MANHEMIENSI, *extra olim, SOLGERIANA NORIMBERGENSIS*.

§. 3.

Sacrarium, in quo reponi jusserat ELECTOR suam Bibliothecam, & magnitudine *amplissimum* est, & in omnibus omnino partibus tanto ornatum

tum opere, ut non possint non earum obtutu suaviter stupefcere spectatores. Dicam nunc de singulis articulatim.

A) Exstruxerunt opifices *atrium, templo haud dis simile*, in arcis ala (extremitate) dextera. Tabulario videlicet seu Archivo Electorali contingente terram, sacrarium bibliothecæ, quod supra illud ædificatum est, sua comprehendit *altitudine* omnes contignationes superiores. Quodsi definienda esset, me iudice, atrii *longitudo* pariter ac *latitudo*; illam, observatione facta, crediderim, passibus æqualem sex & quadraginta, hanc viginti quatuor. *Figura ergo spatii*, quod altissimi parietes includunt, est *quadrata longior*.

Illuminandum quoque curarunt atrium ædiles quindecim fenestris. Qui enim per portam intraverit principem, is, *in peromate* (muro crassissimo) versus urbem spectante, obvias sibi habet *fenestras quatuordecim*; septem permagnas, quæ oblongæ sunt ac semicirculares, totidemque rotundas tecto viciniore; fenestra autem decima quinta occurrit, in pariete breviori a sinistra manu, serico (Sammet) velata purpureo, eidemve respondet, in altero pariete, *aditus ad nummophylacium*, ornamento simili obductus.

B) *Lacunar sacrarii* cernitur *indutum* gypso, artificiose calatum ac pulcherrime laqueatum. Me vero cum primis oblectavit *pars illius media*, summis referta picturarum eminentiis<sup>1)</sup> quas, cum projecturis auro fulgentibus, cingunt undique pampini, effigies concharum cat. Neque pepercit ELECTOR sumtibus in *exornatione pavimenti*, utpote cui dignitatem quandam præcipuam dedit emblemata vermiculatum, h. e., opus artificiosum, in tessellulis minutatim sectis varieque distinctis & notatis, varias rerum formas & figuras ostendens.

Sunt etiam in atrio *duo ambones* seu excelsi ambitus, quorum uterque, projectus in longitudinem angulatam, cum tribus coharet

I iij

parie-

<sup>1)</sup> v. c. imaginibus Musarum & aliis mythologicis.

parietibus <sup>1)</sup>, cancellisque septus est ferreis inauratis, frondium, arcuum, aliorumve decorum splendore micantibus. Perplacebant mihi *ferrea pulpita*, quæ sunt affixa inter cancellos, eo consilio, ut adjuncto esse possint ad pervolutandum codices. In ambonem, qui pavimento propior est, ascendebamus per scalam (Treppe), intra duas januas latentem <sup>2)</sup>; ac inde porro in alterum superiorem magisve cellum ac editum.

C) Præter portam atrii principem atque januam nummophylacii sex adhuc numerantur ostia. Etenim visa mihi opinor ostia tria, per quæ poteramus egredi ex ambone inferiori in exteriorem quandam porticum; duo, quibus in aliam porticum similem ibatur ex ambone superiori; & unum, quo hypocaustum intravimus, atrio vicinum a manu dextera. Quæ quidem ostia singula, serico velata purpureo, elegantissimam inter se habent similitudinem. Addo denique, ut plenior fiat enarratio, septem fenestras atrii majores velamentis fuisse decoratas non disparibus.

D) Ad introitum sacrarii a dextra manu, in ipso pavimento, reperitur statua SERENISSIMI PRINCIPIS ex marmore Pario, aut galactite Italico, in basi statuta pariter marmorea, variisque pulchra coloribus, facta autem ex lapide Palatino. Fuisse putatur lapicida in effingendo felix, cum ad vivum fere, arte potissima, expresserit vulgum optimi ELECTORIS. Neque judicandum censent nonnulli aliter de opere artificioso, ad sinistram collocato, quod gerit imaginem CONIVGIS ELECTORALIS. Supra introitum in pariete fixa, cum horologio, est statua Saturni, falcem tenentis; Minervæ autem  
statua

<sup>1)</sup> Murum, ubi lumina sunt, non contingit ambitus, nisi parte sua quavis extrema.

<sup>2)</sup> Est enim locus medius inter fores externas, quæ clauduntur, & introitus proximos, qui valvis claudi nunquam solent, licet intrinsecus tegantur aulæis. Neque ignorari debet, quod fores externæ inferiores, ingressuris pavementum aperiendæ, custodiantur a milite armato cæt.

SECT. III. DE BIBLIOTHECA ELECTORIS PAL. cat. LXVII

statua oculis obijcitur ad dextram ambonis, ni fallor, supremi cancellis affixa.

E) Progredior ad reliqua pavimenti ornamenta, commemorans, me vidisse a) in centro illius machinam ex aurichalco, partium, quæ mobiles sunt, circuitu systema Copernicanum exprimentem ac illustrantem; b) globum, qui a dextra manu occurrebat, terrestrem, sicut a sinistra caelestem; c) mensas ad parietem utrumque breviores, in forma oblonga & inflexa, quarum quælibet, sex innixa pedibus, rarissimorum lignorum particulis est vermiculata; d) duodecim sellas, purpura decoratas bombycina cat.

§. 4.

Propero tandem, cum opinione mea longior fuerit enarratio antecedens, festinoque ad ligaturas & loculamenta (repositoria) librorum. Ligaturas inveni, maximam partem, Anglicas & Gallicas, partim etiam Germanicas. Et, quantumvis illæ differant alias non simplici modo, in eo tamen conveniunt omnes, quod, ex ambobus cujuscunque (ligaturæ) lateribus externis, auro & ovali forma impressa, fulgeant ELECTORIS insignia. De loculamentis vero monendum est a) septem eorum, subjuncta fenestris, superficiebus suis tabulas efficere, ad legendum libros, aut scribendum calamo, non inepte accommodatas; b) sex loculamenta alia, aut, si mavis, serinia, mensis oblecta similibus, disposita esse ad columnas, quibus fenestræ separantur; c) forulis & armariis amplioribus majoribusque tegi & parietum partes, quæ pavementum cingunt, omnes, & alias (partes), quibus adherent ambones.

§. 5.

Codices manuscriptos, si discedam a catalogis, vidi nullos, in hac bibliotheca Palatina, impressos autem longe plurimos, qui summo dispositi studio erant, habita materiarum ratione. Quoniam viris solertibus, omnem thesaurorum copiam in ordinem redacturis, ad imitandum fuit pro-

propositum *exemplar BIBLIOTHECÆ REGIÆ PARISIENSIS*, tanto magis, me, arbitror, operæ pretium facturum, quando exponam pro virili, *de ordinum atque classum divisionibus.*

## §. 6.

Qvod quidem negotium ut satis procedat ex sententia, cogitando, velim, sese conferant mecum Lectores in ipsum atrium. Sint nobis a tergo lumina (murus cum fenestris) forulique minores. Nunc ante oculos versabuntur armaria s. loculamenta majora, in pavimento atque ac in ambonibus reposita, omnia. Ex adverso nimirum atque directe sub adspæctum venient ea, quæ parietem tangunt medium longiorem; indirecte vero, ab utraque manu <sup>1)</sup> occurrent repositoria, parietibus affixa brevioribus. Contemplabimur singula. Fiat initium ab iis, quæ fenestris viciniora sunt. Deinde, ex angulo ad sinistram obvio, progrediemur juxta omnes parietum partes in pavimento. Postea conscendemus in ambonem, qui inferior est, hujusque ornamenta lustraturi, in eodem angulo, quo cœptum nobis ante fuerat, inchoabimus cat. Scrutabimur denique superiora.

## §. 7.

*Loculamenta tredecim minora* <sup>2)</sup>, *prope fenestras ad parietem, urbi respondentem, posita, complet multa supellex magnificentissimorum voluminum, foliis in forma regali maxima deauratis, clausurisque pari modo nitentibus compactorum cat.* Offeruntur in his conspicienda, cum *tabulis geographicis, urbium ac provinciarum situs affabre picti, omnium fere generum anatomica, botanica cat. ac æri incisæ aliæ figuræ quam plurimæ.*

Erat v. c. illorum numero THEATRVM STATVVM REGIÆ  
CELSITVDINIS SABAVDIÆ DVCIS, PEDEMONTII PRINCIPIS cat.

PARS

<sup>1)</sup> Quæ nobis, in hoc loco constitutis, a sinistra sunt, ea per portam intrantibus principem a dextra esse, nemo non intelligit.

<sup>2)</sup> Conf. §. 4. litt. a & b.



SECT. III. DE BIBLIOTHECA ELECTORIS PAL. cat. LXIX

PARS PRIMA exhibens PEDEMONTIVM & loca viciniora cat. Amstelodami, MDCLXXXII. Ostendebatur quoque mihi PARS SECVNDA.

§. 8.

In repositoriis, quæ pavementum cingunt, omnibus scripta custodiuntur historica<sup>1)</sup>. Atque hic notandum venit *speciatim*, quod referta sint loculamenta

- a) apud parietem primum a sinistra (ubi ad nummophylacium venit) scriptis, quæ pertinent ad Historiam universalem, Ecclesiasticam & Litterariam, Romanam & Græcam antiquiorem, Italiae, Germaniæ, Baviaræ, Paderbornæ cat.
- b) apud parietis secundi (qui longior est, & propter januam divisus) partem priorem, libris, qui exhibent Historiam Belgii, Lotbaringiæ, Helvetiæ, Franciæ (Galliæ) cat.
- c) apud ejusdem parietis partem posteriorem, scriptis, quæ continent Historiam Hispaniæ, Portugalliæ, Britanniæ (Angliæ), Daniæ, Sueciæ, Russiæ, Poloniæ cat.
- d) apud parietem ultimum (primo æqualem) libris Genealogicis & Heraldicis, Antiquitatibus, Historiis Academicarum & Societatum, Scriptoris rei nummarie cat.

Eminebat inter alia L'HISTOIRE DE L'ACADEMIE DES INSCRIPTIONS, in voluminibus quartæ formæ, Gallice vestitis, ad minimum XXVII.

§. 9.

Sequntur armaria s. loculamenta in ambone (excelsa porticu), qui inferior est, ubi occurrunt

- a) in parte illius prima (ad parietem primum brevior, supra nummophyla-

<sup>1)</sup> Historicorum genus adeo late patet, ut sub eo subsint etiam genealogica.

phylacium) varii generis *scripta miscellanea*, bene multa, *Acta Eruditorum*, *alia periodica*, *Lexica cat.*

- b) in *parte media*, quam janua secant, *Auctores Clasfici*, *scriptores alii*, & *qui soluta oratione disputarunt*, & *poetae*, *Graeci*, *Latini*, *Gallici*, *Germanici cat.*, *opera mythologica cat.* Porro non pauca *epistolarum genera*, *Graecarum*, *Latinarum*, *Gallicarum*, *Germanicarum cat.*; *libri philologici* & *critici*; *scripta eorum*, qui *de vitis hominum* commentati sunt; *alia & physica & mathematica cat.*
- c) in *extrema parte* (ad alterum parietem, qui brevior est) *Historie Insectorum*, *Metallorum cat.*; *libri Chirurgici*, *Medici*; *scripta Musica* & *alia Mathematica.*

## §. 10.

Tandem, in *supremi ambonis*

- a) *parte prima* (unde ducit janua in conclave proximum) *inveniuntur Scripta Juridica cat.*
- b) *parte secunda* (quæ media est ac longior), *Codices Biblici* antiquiores *impresfi*; *Versiones Bibliorum S. <sup>1</sup>)*; *Opera Theologica*, *Postille*, *Commentatores cat.*; *libri Liturgici cat.* Item: *Historie Conciliorum Ecclesiast.*, *scripta Patrum cat.*
- c) *parte ultima*, *Scriptores Scholastici* & *opera Lutheri*, v. g. *Tomi Jenenses*, ed. anno MDLVII.

Est etiam *intervallum quoddam longius*, *inter ambonem superiorem* & *porticum externam interjectum*, ubi *asservantur*, in *loculamentis absconditis*, *libri prohibiti*, & *omnia scripta*, quæ in *duplo*, *triplo cat.* habentur.

## §. 11.

- <sup>1</sup>) In pugillaribus meis habeo *Biblia Latina*, quæ, in majoris folii forma, *Coloniae* prodierunt anno MCCCCLXXIX. *Scripterat* equidem, in tergo, *bibliopegus*: Anno MCCCCLIX. Sed ipse *legens titulum*, aut *custodem*, aut *bibliopegum*, *memoria lapsus esse*, *deprehendi*.
- <sup>2</sup>) *Secl. II. §. 4. not. 1.*

§. II.

Cum ego Manhemii versarer, mensis erat præterlapsus, ex quo, per clementissimi ELECTORIS beneficium, hominibus litteratis concessa erat venia bis intrandi bibliothecam qualibet septimana, multumve semper temporis in utendo thesauris consumendi. Et, quo minus interrumpi unquam, aut molestæ reddi, possent eorum occupationes frigore gelido, hoc ipsis remedium comparaverat providus PRINCEPS, ut duo, de quibus ante dixi, conclavia (hypocausta) calefieri jusset brumali tempore, cat.

SECTIO IV.

DE BIBLIOTHECA NORIMBERG. SOLGERIANA.

PROOEMIUM.

Obs. 1. **P**lena quidem & perfectæ bibliothecarum Norimbergensium descriptioni locus in hac dissertatione non erit. Veruntamen ex tabulis meis huc transferam *de utriusque, SOLGERIANÆ potissimum, statu, conditione ac ornamentis, quæ oblata mihi fuerunt, præstantiora.*

Obs. 2. Speculans ego perscrutansque Magnif. SOLGERI, Antifitis, BIBLIOTHECAM, *inveni MANUSCRIPTOS CODICES membranaceos atque chartaceos CXLI.* Norint vero Lectores, oportebit, totidem *intelligi volumina*, quorum sæpe unicum constat e codicibus IV, aut VII, aut X, quin ex XX, XXX & pluribus. Sunt voluminum LXXXVI in *forma folii*; XXXVII in *quarta*; XIV in *octava*; & IV in *duodecima*.

Obs. 3. *LIBRORVM TYPIS IMPRESSORVM*, maximis congestorum sumtibus, amplissima multitudo conspicitur in voluminibus VIIMCCXLV; quorum MDCCCCLXI in *folio* prodierunt; IIMCCXIII in *quarta*; IIMDXLI in *octava*; & DXXX in *duodecima*, aut *minori*, forma.

K ij

Obs. 4.

- Obs. 4. Esto sectionis hujus *diviso quadripartita*. Primum loquar de sacris codicibus seu *Bibliis manuscriptis*; deinde verba fient de libris, *manuscriptis*, quos *miscellaneos* vocavit Possessor; tertio de *Bibliis impressis rarioribus*; postremo de *aliis* multorum generum *scriptis raro obvius*.
- Obs. 5. Et, quoniam Cel. Antistes pretiosissimæ *bibliothecæ catalogum* mihi donavit ea mente, ut, occasione data, cum aliis communicarem notationes Ipsius criticas, utens hoc subsidio, in epitome tradam, quæ videbuntur memoratu dignissima.
- Obs. 6. Foret, si quis computaverit numeros, supra (Obs. 2 & 3) definitos, foret, inquam, *summa omnium thesaurorum VIIIMCCCLXXXVI*. At *secevi* jam a *manuscriptis libros typis excusos XIV*; quamvis Auctor catalogi maluisset eos numerare *manuscriptos*, propter summam, ut ait, cujusque raritatem. Conf. *Divis. A. §. 4.* Qui quidem codices *cum*, suo quisque loco, *accesserint iterum* ad summam universam; hæc ipsa *augebitur ad VIIIMCCCC*.

## DIVISIO A.

## DE CODICIBVS SACRIS MANVSRIPTIS.

## §. I.

Initium faciam ab iis, qui sunt in forma folii. Atque huc pertinent 1) *Codex Hebraicus membranaceus*, in maximæ molis voluminibus VII, accuratissime nitidissimeque scriptus, litteris majoribus quadratis, sæculi XIII anno XXXVI, a Sabthai, scriba cat., supra fidem splendidus, & conservatus ita diligenter, ut nihil omnino desit. Subjecta est generis utriusque *Masora*; *puncta* autem *vocalia* addidit manus recentior. Antecedit, SOLGERO iudice, codex hic antiquitate sua, centum annis, alium confimilem, qui Dresdæ custoditur. Conf. *Catalogi P. I. p. 209. N. 1-7.* 2) *Alius Codex Vet. Testam.*, cum interpretatione *Scholastica*, admistis historiis profanis,

SECT. IV. DE BIBLIOTHECA NOR. SOLGERIANA. LXXIII

fanis, lingua scriptus Belgica, anno MCCCLX, in foliis maximis membranaceis, corio compactus Turcico deaurato, splendens picturis quam plurimis miniatis, calamo delineatis, auro etiam & suavisimis coloribus. Enimvero *Biblia* V. T. hic non cernuntur integra & absoluta; si quidem codex tantum comprehendit libros *Josuae, Judicum, Ruth, Regum, Tobie*; vaticinia *Ezechielis, Danielis & Habacuc* (sub cujus finem videre est: NB anno 1360.); libros *Judith, Esdrae, Esther, Hiob*; *Proverbia, Ecclesiastem, & Canticum Salomonis*; libros *Sapientie, Syrach* cat. item: *Historias Regum* Pers., Darii, Cyri, Cambyfis cat. libros Flavii *Josephi* cat. Cf. Catal. P. I. p. 210. N. 8. 3) Codex chartaceus, scriptus sermone Germanico, anno 1465, continens *Proverbia, Cobeletb & Canticum*, it. libros *Sapientie & Syrach*. Capitis Proverb. I versum I convertit interpres hoc modo: Dieß sind Kunig Salomons Sprüche, Hern Davids Sone, die da gebent Kunst ic. zu empfaen de Leere, Gerechtigkei und Gericht und Dumheit ic. Præterea Vetus & Novum Testamentum in lingua perantiqua Franconica, scriptum est rythmice, cum picturis paradoxis. Conf. l. c. p. 212. N. 15. 4) *Biblia Vet. & Novi Test. Germanica*; opus incredibili perfectum opera & studio hominis perditu senis, verbi divini amore mirum in modum inflammati. Pereleganter scripsit ille senex *versionem Lutheri Germanicam* ad exemplar, Wittenbergæ impressum apud Joh. Lufft, 1543, in II Voluminibus maxime spissis; & pag. ult. posuit hæc: *Geschrieben durch mich, Andreas Reuter, 1604. Meines Alters 71. Jar.* Conf. p. 213. N. 18. 19. 5) *Biblia Vet. & Novi Test. Latina*; codex membranaceus vetustissimus, cum litteris initialibus capitalibus coloratis, in quo duplex habetur *Psalmodum versio*, & antiquior *Latina Italica, & Vulgata*.

NB. Numerus Codicum bibl. manuscr. in folio universus est XVIII.

§. 2.

Sequntur Sacri Codices in quarta forma, membranacei

K iij

nacei

*Codices  
Bibl. manu-  
ser. in quar-  
ta.*

nacei omnes & conservati optime. 1) Biblia Latina Vulgata, quæ superesse creduntur e sæculo XII. 2) Psalterium Davidis Latinum, litteris scriptum uncialibus, picturis etiam & auro fulgentissimo exornatum, in cujus fronte Calendarium conspicitur. 3) Psalterium antiquissimum Gallice scriptum. Splendent non modo Psalmorum, sed etiam cujuslibet versiculi, litteræ initiales auro antiquo & coloribus. Cf. Catal. P. I. p. 227. N. 1. 2. 3.

§. 3.

*In octava.*

Qui Codices Biblici sunt formæ octavæ, illorum unus vere ac proprie manuscriptus potest appellari. Codex videlicet sacrorum Bibliorum Latinus, e sæculo, ut plures opinantur, XII. Legitur pronunciatum Johannis, *de tribus in cælo testibus*, 1 Ep. V. v. 7, *in ipso textu*, integrum; altera vero, *de tribus in terra testibus*, enunciatio adscripta est *in margine*. Conf. l. c. p. 252. N. 1.

*In duodecima.*

In forma deniqve duodecima occurrunt Psalterium Davidis Græcum & Hymni quidam sacri, uno comprehensâ fasciculo. Cf. l. c. p. 257. N. 1.

§. 4.

*Biblia S. im-  
pressa, in  
manuscri-  
ptis nume-  
rata.*

Addit (quod monui jam in proemii Obs. 6) Magn. Possessor ad manuscriptorum numerum *codices impressos* XIV, *ob stupendam* cujuscunque *rarityatem* tanti æstimandos, quanti putantur nonnulla opera manuscripta. Atqve horum numero sunt Codices Biblici VI. 1) Psalterium Davidis, Germanice, pergamenò impressum, litteris uncialibus, & initialibus deauratis, Norimbergæ, apud Frid. Peyfus, 1525, in folio. Cf. Catal. P. I. p. 211. N. 12. 2) Psalterium, Arabico-Syrum, typis exscriptum ligneis in monte Libano, a fratribus Maronitis, in forma folii, sine anno; quod exemplum, opinio- nis, quam cel. SOLGER fovet, arbitrio, unica sui generis Phoenix in Germania est, p. 214. N. 21. 3) Novum Testamentum, Græce & Lati-

SECT. IV. DE BIBLIOTHECA NOR. SOLGERIANA. LXXV

Latine, in Academia Hispan. Complutensi, impressum, anno 1514, in folio; cuius fieri debet mentio propter dictum cardinale I Joh. V, 7. 8. *Οτι τρεις εισιν οι μαγιστροντες cat. και οι τρεις εις το εν εισι. Και τρεις cat. — αμμ.* Ultima verba deficient, p. 214. N. 22. 4) Codex Germanicus Novi Testam. membranaceus, impressus Norimb. apud Frid. Peyfus, 1524, variis picturis superbiens. Cf. l. c. p. 212. N. 13. 5) *Der Psalter deutsch, Martinus Luther, Wittenberg, 1525.* Hæc est editio omnium prima; cui adhæret, in eodem fasciculo, *Lutheri Bet-Büchlein*; anno 1524, in octava; opusculum, in quo Lutherus, depositis nondum singulis erroribus, & docuit & jusit Laicos fundere *preces pro animabus, ex purgatorio redimendis cat.* Conf. p. 253. N. 5. 6) *Jesus Syrach, deutsch, Mart. Luther, Wittenberg, 1548.* It. *Die Bücher Salomonis, deutsch, Martin Luther, Wittenberg, 1545, in octava, cum autographo Sereniss. Ducis Saxon., JOHANNIS FRIDERICI, qui litteris consignavit, in tribus foliis, precationem, qua usus fuit in sua captivitate cat.* Cf. p. 254. N. 6.

DIVISIO B.

DE CODICIBVS MANVSCR. MISCELLANEIS.

§. I.

Qui codices manuscripti a Bibliis fecernendi sunt, eos appellavi MISCELLANEOS, cum cel. Possessore. Sunt illi numero pleno XCV; remotis nimirum voluminibus VIII, quæ improprie in manuscripta retulit laudatus SOLIGER. Foli formam habent XLIV; quarti ordinis XXXV; octavam XIII; duodecimam III.

§. 2.

E pluribus, quæ scripta reperiuntur in forma folii, notatu digna videntur 1) Sermones & orationes habitæ, coram confessu

Codices manuscr. miscell. in forma folii.

fessu totius Concilii Constantiensis, ab Episcopis & Prælatiſ, A. 1415 & 1416; collectæ in codicem, eo ipſo tempore, quo Concilium fuit celebratum. Merentur præcipue legi, & cum animi attentione maxima ponderari, ea, quæ non sine ejulatu graviter conqueſtus eſt, in oratione V, frater, Matthæus de aula Regia, S. Theol. Profeſſor. Declamans ille, pius ac ingenuus orator, tristiſſimam in Ecclesia Chriſtiana perverſitatem, atque multorum hominum pravitatem, optimæ mentis cogitata enunciavit hiſce verbis: *Olim Patres noſtri, Viri eccleſiaſtici, Prælati & Paſtores eccleſiæ, Spiritu facta carnis mortificantes, miſerti animabus ſuis mandata Domini & Concilia ſuſceperunt letanter & legem diligentiſſime impleverunt, etiam ad mortem incluſive, dicentes, cum Paulo Rom. VIII: Quis nos ſeparat a caritate CHRISTI? cat. Sed jam, prob dolor! Jordanes converſus eſt retrorſum cat. Moderni temporis Prælati manum quidem miſerunt ad aratrum fidei, ſed, contra doctrinam CHRISTI Luc. IX, reſpiciunt retro, arcam Domini ponentes juxta Dagon cat. Intramus eccleſias (templa); miſſas legimus & audimus; de CHRISTO loquimur & cantamus; de Chriſtiano vocabulario gloriamur. Sed heu! nihil eſt aliud, niſi tunica Joſeph in apparentia exteriori, filium autem, in rei exiſtentia, ſera peſſima devoravit. De CHRISTO namque tractatur in Conciliis, diſceptatur in judiciis, diſputatur in ſcholis, in eccleſiis cantatur. Sed vade ad exitus viarum, i. e., ad finem intentionis, & penſa, quis horum generalior ſit ſinis operum. Non, per hæc omnia, quæ exerceantur, mercimonia, non in hiſ Reſtores & Prælati animas, ſed NB. pecunias, quærunct cat. Conf. Catal. T. I. p. 220. N. 48. Sunt etiam, quod conſtat, in manibus noſtratium, Acta Concilii Constantienſis omnia, quæ perlegit attentiſſime Hermannus van der HARDT, Antiſtes ac Prof. Helmſtad., ut inveniret eſſatum Joſhannis Huſſii de Luthero, cygno, & aliud: Centum elapſis annis, Deo & mihi reddetis rationem! finem vero, ſibi propoſitum, adeptus non eſt, teſte b. Uffenbachio Francofurt., in denen merkwürdigen Reiſen ꝛc. P. I. p. 209.*

2) Auli Gellii Noctes Atticæ; codex membranaceus, pereleganter



ter scriptus, cujus litteræ capitales variis exornatae sunt coloribus & auro antiquo. Conf. Cat. P. I. p. 221. N. 55. 2) **Jahns Sachsens Meister-Gesänge**, volumen spissum, quod manu auctoris conscriptum esse dicitur.

§. 3.

In quarti ordinis forma 1) **Postilla Johannis Husfii**, scripta ipsius manu **Bohemice**; in cujus frontispicio leguntur hæc: Propter raritatem & antiquitatem memoria digna, *domum illustr. D. de Gersdorff Cancell. & Consiliarii intimi Martisburgens.*, V. E. Loescher, D. *Codices manuscr. in miscell. quarta.* Continet codex hic valde spissus & chartaceus *Evangelia Dominicalia*, ab *Husfio declarata*. Obduxit eum bibliopagus corio, manubriumque affixit scorteum, quo putatur usus esse Husfius, dum portaverit secum postillam, ex altero brachio pendentem. Conf. Catal. P. I. p. 228. N. 7. 2) **Fasciculus manuscriptorum b. Lutheri**; in quo asservantur a) *Epistola*, Augustæ Vindel. exarata ad *Albertum, Electorem* Moguntinum b) *Ep. alia ad Bugenbagen*, Doct. c) *Lutheri eigenhändige Erklärung der Worte Matth. XVI vom Amt der Schlüssel*, ad Anonymum; quod opusculum ipse Lutherus quam plurimis maculavit lituris, omnia hic a se confusius tractata, intelligens. Dono tamen dedit libellum Vito Theodoro, d. XV Augusti, anno 1530. d) *Prefatio Lutheri ad XVII Articulos Marpurgi compositos*, scripta Coburgi; alia. Conf. p. 228. N. 8. 3) **Vetustissimus codex chartaceus**, cum titulo: **Sie hebet sich an das Schachzagal-Spiele**, davon diß Buch gemacht ist, und ist gehaißen das Buch menschlicher Sitten und der Ampt der edelen. **Jeh Pruder Jacob von Cassalis Prediger-Ordens cat.** Sub finem adjecta sunt hæc verba: O wie froh ich was, da ich schrieb: *Deo Gratias!* Sie hat das Buch ein end des Schachzagalspiel, mit viel hübscher Gleichniß, die aus der Wibelen genommen sint. *Deo Gratias.* Conf. p. 237. N. 22. 4) **Protocoll des, was wöchentlich am Montag, in dem Collegio pietatis, bey Hrn. Prediger Winkler in Nürnberg, erkläret, geredt und gehandelt worden, von dem 10 January an, Ao. 1702.** Conf.

L

p. 242.

p. 242. N. 35. 5) *Thhs. Arcana Divina*, der aus göttlicher Vorsehung wahrhafte Grund-Quell und Weg der Weisheit, wie der von Ewigkeit gebenedeytste Stein (der Weisen), oder aller Geheimnissen, zu machen, und zugleich aus allen dreyen Reichen ein *Universal-Werk* zu verfertigen sey. cat. Conf. p. 250. N. 37. B. Zachar. Conr. ab *Uffenbach* invenit *Guelpherbyti*, in bibliotheca publica, Volumen parvum chartaceum, in folio, quod inscribitur: *De Chrysopoeia Tractatus antiquissimorum*, cat. Sic etiam *Lubeæ*, in bibliotheca Consiliiarii *Hannover.*, von *Dalen*, *Claviculam Salomonis*, manuscr. in quarta forma. Conf. ejus merkwürd. Reisen P. I. p. 323. & P. II. p. 64. 6) Ein Lateinischer *Ablaß-Brief*, unter der Regierung des *Pabsts*, *Julii II.*, anno 1507, auf *Pergament* von 12 *Bischöfen*, 1 Elle groß in *Quadrat*; ausgefertiget, und auf die *Capell* bey *St. Marien* in *Ungershausen* verlaudent; mit kostbar gemahleten *Miniatur-Figuren*, die sich in *marginibus* befinden, und mit angehängten *Sigillis* derer 12 *Bischöfe* in *blechernen Capseln*, davon etliche im *rothen Wachs* noch sehr wohl zu sehen sind. Conf. p. 251. N. 42. B. ab *Uffenbach* vidit, in bibliotheca *Rudolphea* *Helmstad.*, einen *Ablaß-Brief* auf *Pergament*, von *Alberto*, *Churf. zu Maynz* und seinen *Guardian* ausgestellt, ehe sich *Tezel* unterstanden hat, dergleichen unter seinem eigenen *Nahmen* auszugeben. *Sigillum Romani Pontificis*, quod alias in *plumbo* cernitur, hic *cera impressum rubra*, conspexit. Cf. l. c. P. I. p. 305. seqv.<sup>1)</sup>

S. 4.

In forma octava 1) *Codex Arabicus*, in charta orientali, continens totum *Coranum* & notas in textu coloratas, in margine autem characteres decuriarum, auro fulgentes Arabico; cum ligatura *Turcica* & undique deaurata. Conf. *Catal.* P. I. p. 252. N. 3. 2) *Codex chartaceus*, in quo compacti custodiuntur quinque, aut plures, libri sup-

<sup>1)</sup> Superfunt etiam in vicinitate nostra *LITTERÆ INDVLGENTIARVM*, quas ego diu multumque in manibus habui; datæ anno MD, d. IV. Julii; *Roma* missæ ad *Lichtenavienfens* (incolas pagi *Lichtenau*, *Milnicos* & *Lufatos*) in gratiam, immo questum & lucrum, *ecclesiæ S. Martini (Lichtenavienfis)* De his autem alias pluribus.

SECT. IV. DE BIBLIOTHECA NOR. SOLGERIANA. LXXIX

positi; v. c. *Evangelium Nicodemi*; *Epistola Regis Edeff.* in Mesopot. (Abgari) ad O. M. SALVATOREM; *Epistole P. Pilati & Lentuli*, judicis, ad Tiberium, Caesarem; *Responsio CHRISTI ad Abgarum* missa cat. Conf. I. c. P. I. p. 255. N. 10. 3) *Johann Arnds Paradies-Gärtlein*, dem Druck gemäß, auf Pergament, geschrieben, auch mit Manier-Golde, in Buchstaben und andern Figuren, gezieret. Conf. p. 252. N. 4. it. hujus Dissertat. P. I. Sect. VI. N. 3. litt. f. 4) *Varii generis Alba*, valde pretiosa, nominibus ornata Principum, Comitum cat. Conf. p. 256. f. N. II. 12. 13. 14. 15 16. 17.

§. 5.

In duodecima 1) *Ein Teutsches Gebet-Buch*, auf Baum-Rinden, dem Druck gleich geschrieben, in Form eines rund-eckigten Taschen-Spiegels, MDCXVII. Conf. I. c. p. 257. N. 2. 2) *Alcoranus Arabicus*, nitide scriptus in foliis formam habentibus octangulam & Imperiali aequalibus, splendens quoque lineis inauratis. Asservatur *Coranus*, huic simillimus *Dresdae*, in bibliotheca SERENISSIMI ELECTORIS. Conf. Bibliotheca Dresd. Memorabilia, P. III. p. 57 N. 70. Alium autem *Coranum* non dissimilem vidit b. ab Uffenbach, in *bibliotheca COMITIS provincialis (Landgravii) Hasso-Cassellani*. Atque *Corani* hujus forma pariter est octangula, sed multis partibus minor, aequalis fere floreno. *Folia sunt bombycina*, ac litterulae, in his scriptae, persubtiles. Inclusus esse solet thesaurus & reconditus in capsula argentea. Conf. Uffenb. merkwürd. Reisen P. I. p. 56.

APPENDICES,  
AD VTRAMQUE DIVISIONEM DE CODICIBVS  
MANUSCRIPTIS.

Communicavit mecum FAVORIS cujusdam amicissimi benignitas  
ITINERARIA VFFENBACHIANA. Constat enim, *Celeb. Zachar.*

L ij

Conr.

CONR. VFFENBACHIVM, Patricium, qui Senator postea fuit & Vir primarius in magistratu Francofurtensi, inde ab anno MDCCIX, cum erudita circumspeditione & accurata rerum memorabilium consideratione, *peragrassè* SAXONIAM INFERIOREM, BELGIUM, ANGLIAM s. BRITANNIAM, cat. Iphis vero ITINERARIIS VFFENBACHIANIS locupletavit orbem litteratum s. Rever. Joh. Ge. SCHELHORN, S. S. Theol. D. & Antistes Memmingensis, cujus cura & jussu typis impressi sunt *Tomii tres, in forma octava*; duo priores Francofurti & Lipsiæ anno MDCCLIII; tertius Ulmæ, anno MDCCLIV. Hos ego multum & studiose volutavi, per plures menses, quovis propemodum die, finitis lucubrationibus reliquis; scriptorum quippe historicorum, qua dulcissime recreor, lectio impedit, quo minus mature nimis, in solitudine, capiar somno, efficitque, ut, cum somnus mortis imago sit, producere quasi dies ac vitam possim longius. Atque, dum dicta ratione mihi sæpius consumebatur aliquid otii, accidit, ut, sub uno ponens adpectu multa, quæ dispersa deprehenduntur in Uffenbachii enarrationibus, conscriberem quovque codicum rariorum titulos, ab auctore visorum in bibliothecis, partim publicis, partim privatis. Quo intellecto, non difficulter poterit conjici, unde acceperim ego facultatem & materiam perficiendi has appendices. Non inepte factum iri, existimabam, si scripta, quorum summa cognatio & convenientia est, in uno lectoribus fasciculo objicerentur. Attamen selegi tantum digniora & rarissima, suo quodque loco ad hanc epitomam additurus. Multa alia & inveniuntur in *Schelhornii Seleccionis Commercii Epistolæ Uffenbachiani*, P. I. p. 187. seqv., & continentur in catalogis, quos se olim publici juris facturum, pollicitus est Cel. Antistes, in Prefat. ad Tomum III. der merkwürdigen Reisen des Herrn von Uffenbach &c. p. 2.

## APPENDIX AD DIVIS. A.

## DE CODICIBVS SACRIS MANVSRIPTIS

## §. I.

Ex eorum catalogo, quæ formam habent folii, locum sibi poposcerunt in hac appendice 1) Pentateuchus, hebraice scriptus litteris quadratis; membranaceum volumen Judaicum, duos latum cubitos, & in extremitate qualibet affixum duobus cylindris ligneis, non dissimile Basileensi, de quo vid. hujus commentationis P. I. Sect. V. N. 1. litt. a. Negat vero Uffenbachius, omnes, in hoc codice litteras esse æquales, addubitatque, an unius scribæ manu inceptum fuerit opus atque finitum, cat. Conf. Ejus *merfwürd. Reisen* P. I. p. 227. de *Bibliotheca Helmstädiensi publica*. 2) Thorah s. Pentateuchus Jud., in *bibliotheca publ. Guelpherbyrensi*, de cujus codicis præstantia Uffenbachius prædicavit l. c. p. 363. Tanta jam illo tempore Guelpherbyti existit *manuscriptorum collectio*, ut plura, quam bis mille, volumina potuerint numerari, e quibus *quadringenta* fuerunt *in forma folii*. Conf. l. c. p. 318. 3) Codex Bibliorum Alexandrinus, quem Londinenses possident, quæ magno est nomine & in gloria per totum orbem Christianum. Invenire codicem hunc non poterat b. ab Uffenbach *in the Queens-Library*, i. e., in bibliotheca Regia. Erat enim, eo tempore, *in manibus* celeb. Doctoris, Joh. Ern. GRABE, qui suscepit illud negotii, ut & manu propria in alias chartas transcriberet ejusque folii argumentum, & *imprimenda* porro *typis* curaret omnia, ex quibus constat codex, *volumina*. Sunt illa numero *quatuor*, & *præmissa* cuius cernitur *epistola Cyrilli Alexandrini*. Primum volumen, Octateuchum continens, traditur esse *maximum* tresque spissum digitos; cum vix duobus digitis respondeat spissitudo reliquorum. *Character* codicis Alex. recedere aliquantulum a quadrato, nec antiquior visus est eo character, quem in codice Bezae observaverat Uffenbachius. Præterea, de plurium

Appendix  
Codicum S.  
manuscr. ex  
Uffenb. itin.  
in folio.

foliorum & paginarum litteris, idem fere sensit vir acutus cum cel. Schceplino. <sup>1)</sup> Exalbuerunt illa, parumve abest, quin extincta sint, variis in locis. Adlaborarunt equidem nonnulli, ut restituerent litteras deletas, partim atramento recentiori, partim bili bubula paginas obducendo. Sed non satis feliciter. Nam priori modo dubia reddi solet genuina scripturarum antiquitas. Et, quantumque in posteriori artificio vis fit ad resuscitandum quasi & restaurandum lineas apicesque, temporum injuria expunctos, maculis tamen haud exiguis hoc ipso pagina adsparguntur. *Conscriptus esse creditur codex Alexandrinus fœmine manu, cui nomen Theclæ fuerit. Enunciationem Johannis, I. Ep. V. v. 7. de tribus in cœlo testibus, non esse suppositam & illatam piis Patrum eccl. fraudibus, doctores quidam, vel inde, putant, intelligi, quod idem scriptor Θεόπνευστος jam dixerit antea sigillatim de testimonio Patris, Filii & Spiritus S., in Evangelii sui cap. V, v. 37, VIII, 18., XV, 26. Conf. Uffenb. merkwürdigte Reisen etc. P. II. p. 577. P. III. p. 201. & 214. seqv. 4) Eadwin's Psalterium triplex being the most valuable Psalter in England, e sæculo XII, aut XIII; litteris scriptum Longobardicis, membranaceum ac stupendæ magnitudinis volumen.* Fatetur b. ab Uffenbach, quod summam sibi moverit admirationem codicis hujus consideratio, inspicienti scilicet *bibliothecam ad S. Trin. Cantabrigiensem* (die Trinitaty-Bibliothec, in Cambridge); quoniam dimensus ipse voluminis longitudinem invenerit duobus æqualem cubitis Francofurt., cum tertii parte dimidia conjunctis (2½. Schuhe), latitudinem cubito uni ac dimidiæ parti alterius (1½. Schuhe). Litterarum etiam, licet eas pro quadratis habere non potuerit, magnitudinem fuisse refert, maxime extraordinariam. Posuit scriba, per omne volumen, pro æ, e, sicut in locum *72. mibi, michi*; unde Uffenbachius putat intelligi, quod non antecedit illud vetustate prima artis typographicæ rudimenta, nisi uno sæculo, ad summum duobus. Cf. I. c. P. III. p. 78. f. 5) **Tres Codices S. Bonifacii,**

Appendix  
Codicum sa-  
crorum ma-  
nuscr. ex Uf-  
fenbachii i-  
tin.; in fo-  
lio.

<sup>1)</sup> Conf. hujus comment. P. I. Sect. V. N. 2. p. XXXVII.

cii, in folii minus lati, sed oblongi, forma, membranacei, e *Sec. VIII*, quos possident sancteque custodiunt *Canonici Fuldenses*. Occurrunt, in volumine primo, eodemve principi & antiquissimo, litteris scripta uncialibus, a) *Evangelium Lucae*, ob oculos positum in harmonia s. convenientia cum tribus reliquis; b) *Acta Apostolorum*; c) *Epistole Pauli*, quarum in numero collocavit Bonifacius famosam & suppositam, *Epistolam ad Laodicenses*, folio comprehensam unico, cujus initium ita sonat: *Paulus, Apostolus, non ab hominibus, neque per hominem, sed per Jesum Christum, fratribus, qui sunt Laodiceae. Gratia vobis etc.* Cf. l. c. P. I. vita Uffenbachii, p. 119. f. Fuisse quondam perhibentur Codices S. Bonifacii, Germanorum Apostoli, in urbe Belgica, *Dockum*, deportati vero inde, cum ejusdem osibus, *Ultrajectum* (*Utrecht*), porro *Moguntiam* ac denique *Fuldam*. Cf. P. II. p. 272. 1) 6) *Codex membran. longe antiquissimus*, & inscriptus hoc modo: **Fragmentum Evangeliorum**; vetustior visus Uffenbachio, quam Codices S. Bonifacii. Quid? quod, Latinum codicem, tam eleganter scriptum nigerrimis litteris uncialibus, & antiquum adeo, se usquam vidisse neget vir litterarum & antiquitatis optime peritus? Ostensus ipsi fuit cum aliis libris, *Cantabrigie*, in *Corporis Christi Colledge*. Sub titulo adjecta leguntur haec verba: *Hic liber olim missus a Gregorio PP. ad Augustinum, Monachum, sed nuper sic mutilatus*. Cernitur in eo **Evangelium Johannis**, sub signo hujus Evangelistae, *Aquila*, cum quinque crucibus pulcherrime picta. In fine habentur verba ex *Luce XXIII, 26*: *Et cum ducerent eum (sc. JESUM), adprehenderunt Simonem quendam Cyrenensem (al. Cyren.) venientem de villa*. Est igitur simile, quod harmoniam perficere studuerit scriptor. Pauca folia desunt, ultima videlicet. Cf. P. III. p. 66. f. 7) **Codex membranaceus quatuor Evangeliorum**, NB. *scriptus auro*, litteris majusculis, cur-

sivis

1) Doleo, quod, ignorans haec, ante triennium, percontari omiserim de discis codicibus R. Canonicum, quo duce tum & lustravi reliqua templi Fuldensis ornamenta, & descendi ad monumentum S. Bonifacii.

fivis tamen, (ut loquitur *Uffenbachius*.) cum repertorio *Evangeliorum Dominical. cat.*, generis ejusdem litteris, at minoribus, concinnato. In extrema pagina inveniuntur hæc: *Ego Joannes — — Indignus servus & Presbyter manu mea scripsi istum* (recentior manus adposuit d) *Evangelium*. Asservatur volumen rarissimum & pretiosissimum Quedlinburgi. Conf. P. I. p. 132. 8) Codex chartaceus, in cujus pagina prima scriptis manus antiquior: *Hoc Commentarium, in Psalterium græcum, quondam fuit Codex Theodori Archiepisc. Cantuariensis* (in Canterbury Angl.) *inter eos libros, quos secum detulit e Roma circa ann. Dn. 668. anno quinto Egberti Regis, qui Theodorus Uffenbachio sextus fuisse videtur ab Augustino* (scil. Episcopus Cantuariensis). Custodiunt hoc manuscriptum Cantabrigienses in bibliotheca publ. Acad. Cf. P. III. p. 35. 9) Poran, i. e., **Codices sacri** (chart.) veterum Brachmanorum, India Philosopherum, VII comprehensi voluminibus, in folio minori. Erant illi, dum peregrinabatur Uffenbachius, in *thesauris D. Johannis Covell, Master of Christi-Colledge, Cantabrigiensis*. Converterat eosdem, e Brachmanorum lingua in Anglicam, Jo. Mareschall, pupillus Covellii, plures annos versatus in India. Antetulisse traditur D. Covell Brachmanorum codices vel ipsius Confucii scriptis, propter admirabile cujusvis argumentum, & profundam, quæ in illis insit, sapientiam. *Evenerat bono Doctori, quod & aliis librorum possessoribus, aut dolo malo accidit, aut maxima culpa negligentia amicorum. Volumina duo, quæ, utenda per pusillum temporis, acceperat aliquis Episcopus, recuperandi spes videbatur propemodum evanuisse.* Conf. P. III. p. 29. f.

## §. 2.

In forma quarta: 1) **Codex Evangeliorum** membran., cujus in fronte, nomini: *Godefridus Comes*; recens manus adscripsit hæc: *mortuus 1106.* Cf. *Uffenbachii merkwürdt. Reisen*, P. II. p. 101. f. de *Bibliotheca Hamburgens.*, quæ est apud adem cathedralem. 2) **Alius Codex Evangeliorum** chartac., **cum Homiliis Gregorii M.** cat.;

in

Appendix  
codicum  
manuscr.



SECT. IV. DE BIBLIOTHECA NORIMB. SOLGERIANA. LXXXV

in cuius fine obfertur nota: *Gefcreven int iaer ons 3. MCCCC ende XXII sacr. in j. op sante Claren avent. God heb des lof in de ewigk. Amen. Dit leest, die bid om Godes wil voer die arme suster, die dit gefcreven heeft.* Per amplum volumen hoc invenit b. ab Uffenbach Daventriae Belgarum, in bibliotheca Gymnasii. Cf. P. II. p. 378. f. 3) **Aratoris**, Sub-Diaconi, **Acta Apostolorum NB. versificata**, ad Vigiliam Papam, libris II; codex membran., Londini obvius, in bibliotheca Westmonasteriensis. Usus est auctor in exordienda praefatione his verbis:

*Mœnibus undosis bellorum incendia cernens*

*Pars ego tunc populi tela paventis eram cat.*

Versus, in codice hoc poetico, sat numerosi ac elegantes esse judicantur; habita nimirum saeculi VI, quo confecti sunt, ratione. Merentur autem conferri cum ornatisimo codice poetico, qui **CHRISTEIS inscribitur**, & in lucem prodit Vitembergæ, anno MDCCCLIX. Scilicet carmine heroico expressit **Acta Apostolorum**, e lingua originali in Latinam translata, **MAGN. noster ac SVMME REVER. JO. JOACH. GOTTLOB AMENDE, S. S. THEOL. D., SVPERINT. ET PROTOSYNERGII ECCLES. DRESDENSIS ASSESSOR.**

§. 3.

In forma duodecima: 1) **Psalterium Latino-Græcum**, codex membr., Cantabrigiæ repertus, in Bennet-Colledge (in coll. corporis **CHRISTI**). Usus est scriptor litteris Latinis ad voces Græcas exprimendum. Talem itaque prodidit ignorantiam, qualis ex medii avi scriptis pluribus apparet. Cf. Uffenb. metw. R. P. III. p. 67. f. 2) **Acta Apostolorum, Epistolæ & Apocalypsis**, codex membr. græcus, in bibliotheca Covellii, Doctoris Cantabrigienensis; scriptus a **Alexio Comneni**. Cf. P. III. p. 28.

In forma  
duodec.

M

APPEN-

## APPENDIX AD DIVIS. B.

## DE CODICIBVS MANVSRIPTIS MISCELLANEIS.

## §. I.

*Appendix  
de codicibus  
manuscr.  
miscell. (ex  
Uffenb. it.)  
in folio.*

**I**n folio: 1) Codex rarissimus & princeps in bibliotheca COMITIS provincialis, Hasso-Cassellani, quem, cum præda, prope urbem Tunes (Tunis) parta, in Germaniam deportavit Jo. Marqvart Baro a Königseck, imperator bellicus, cum CAROLO V, Cæsare R., in Africam profectus a. 1535. Annexum est volumini iudicium Ludolphi de illius argumento. Existimavit enim Hiob Ludolph, duos in eodem contineri tractatus, quorum alter caractere Cufico antiquissimo scriptus sit. Iudice autem Tenzelio (cf. ejus monathl. Unterredungen, T. II. a. 1690. p. 1080.), in his tractatibus, leguntur fragmenta ex Alcorano. Fuisse dicitur codex aliquamdiu in bibliotheca Jo. Henr. Hottingeri, & oblatus a possessore Johanni Ludovico, Electori Palatino cat. Sed, qua fortuna Cassellas venerit, pronunciare neuter horum ausus est. Vid. Uffenbachii merkiv. Reisen, P. I. p. 54. seqv. 2) Acta Concilii Basileensis, latine scripta, quæ custodiunt Luneburgenses in bibliotheca publica <sup>1)</sup> cf. l. c. p. 503. 3) Acta synodi Dordracenæ, apud Londinenses, in bibliotheca Regia, serico decorata purpureo, & insignibus argenteis. Cf. P. II. p. 577. 4) Formula Concordiæ, in bibliotheca Polyc. Lyseri, Superint. gener. Cellensis; exemplar authenticum, quod subscripserunt & Mart. Chemnitius & alii Theologi Saxonici principes. Cf. P. I. p. 448. 5) Apologia Augustanæ Confessionis, exemplum a Melanchthone emendatum manu propria, quod vidit Uffenbachius Helmstadii, in bibliotheca Academica. Cf. P. I. p. 221. 6) Confessio Cyrilli, Patriarchæ Constantinopol., exemplum auctoris manu subscriptum; in biblioth. COMITIS prov. Hasso-Cassellani. Cf. P. I. p. 56. 7) Catalogus Bibliothecæ Brunsvicensis ad ædem S.

Mau-

<sup>1)</sup> Asservantur etiam Basileæ, Conf. hujus commentat. P. I. Sect. VI. p. XLI.

SĒCT. IV. DE BIBLIOTHECA NOR. SOLGERIANA. LXXXVII

Mauritii, b. Jo. Arndii manu conscriptus. Cf. P. I. p. 292. 8) **Frag-** Appendix de  
codicib. ma-  
nuscr. mi-  
scell. ex Uf-  
senbachii  
itin., in fo-  
lio.  
**menta antiqva Scripturæ Latinæ**, in charta Ægyptiaca, cujus  
*litteræ rubræ sunt, & sanguine piscis pictæ putantur.* Vifa fuerunt Uffen-  
bachio in bibliotheca Westmonasteriense (Londini) cf. P. II. p. 575. f.  
9) **Codex manuscriptus Malabaricus**; in foliis palmæ; flabelli  
f. umbellæ ad instar dilatandus; quatuor spissus digitos, quando folia, in-  
ter se paxillo juncta, duobus comprimuntur aseribus (tabulis) oblongis.  
Latitudo foliorum æqualis esse traditur digitis tribus, longitudo autem  
cubitum superare. Cf. de bibliotheca Gymnasii Bremensis P. II. p. 176. f.  
10) **Volumen membr.**, cui titulus: *Incipit prima pars libri, qui voca-  
tur Musica Ecclesiastica, de imitatione Christi & contentu omnium va-  
nitatum mundi*; in biblioth. Cantabrigiensi. Post Calendarium & indi-  
cem capitum, in una ex paginis prioribus leguntur hæc: *Scriptori merita  
mater pia redde Maria Rogero Pynkebeck de London hunc finem  
feci. Da mihi, quod merui.* Cf. P. III. p. 56. f. 11) **Vitæ paparum,**  
*cum probatione, Papam esse Antichristum,* & figuris, f. anno. Auctor ano-  
nymus fuisse fertur testis veritatis plane singularis ex Carmelitarum ordi-  
ne; atque Lugdunenses (Bat.) tanti fecerunt scriptum hoc, ut vendere  
illud noluerint Avemanno cuidam, qui solvere ipsis voluit C Ducatos.  
Cf. P. III. p. 467. 12) **Taxa Cancellariæ Rom. S. Apostolicæ,**  
in II voluminibus, quæ custodita fuerunt Hagæ Comitum, *in bibliotheca  
privata Johannis Aymon, hominis non ineruditi, neque segnis  
ad perferutandum libros, sed valde noxii, propter periculofam scripta e  
bibliothecis furto subducendi consuetudinem.* Quemadmodum enim  
Hispanis abstulerat plura, sic etiam, duo volumina hæc se *Roma furtim  
deportasse,* confitebatur. In tomo II<sup>do</sup>, de *peccatis & absolutione, bor-  
renda* nominantur vitia, clericorum præsertim, cat.; ac in fine cernitur  
clavis f. *modus solvendi taxam,* unde patet v. c., *signo X Ducato di Camera*  
fuisse notatum. Leguntur præterea passim in margine *notationes* hujus-  
modi: *Hodie, d. — solvit — & remissa sunt ei, ex speciali gratia — cat.*

*Appendix de* Extant istius Taxæ editiones duæ, typis impressæ, quarum prior latine pro-  
*codicib. ma-* diit Lugduni (Lyon), posterior gallice Amstelodami. Dubitavit vero  
*nuscr. mi-* Uffenbachius, an vel decima horum voluminum manuscr. pars in earum alterutra  
*scell. ex Uf-* inveniat. Cf. P. III. p. 486. f. 13) Clavicule de Salomon Roy  
*senbachii* in d' Israel traduite d'Ebreux en Italien & mise en françois & les oraisons  
*triner., in d'* & les conjunctiões en latin avec les cercles cæt. Chap. I. Le fondement de  
*folio.* cette clef qui est notre science est la crainte de Dieu en rendant les adorations  
 & les bonneurs dues a sa majesté sainte cæt. cf. P. III. p. 636. f. de biblio-  
 theca Jac. Wilde, Amstelodamensis. Hujus generis Claviculam,  
 latine scriptam, vidit Uffenbachius Hagæ Comitum, in taberna libra-  
 ria L. flor. licentem; Roterodami autem bibliopola quidam, exemplar opus-  
 culi istius magici antiquum, contendebat, vendi non posse, nisi L. Duca-  
 tis. Offerebat hic ipse, cum aliis libris venalibus, Jo. Caramuelis  
 Stagiritæ Steganographiæ, nec non Claviculæ Salomoni-  
 nis, Clavem, a Johanne Trithemio, Abbate Sponhemi-  
 ensi scr.; qui declaravit invocaciones spirituum, in Clavicula cæt. Cf.  
 P. III. p. 262. & 365. f.

## §. 2.

*In f. octa-*  
*va.*

In forma octava: 1) Codex musicus membr., qui inscrib:  
 Epistola de armonica institutione, missa ad Rathbodum, Archiepiscopum Tre-  
 virensensem, a Reginone Presbytero; in biblioth. Gerh. van Mastricht, Syn-  
 dici Bremensis. Post institutiones musicas, exhibentur Cantus & Hymni,  
 cum variis characteribus ac lineis, quæ fuisse videntur per id temporis  
 notæ musicæ. Cf. P. II. p. 166. f. 2) Confessio Saxonica, jussu  
 Mauritiï, Electoris, a Phil. Melanchthone concinnata anno 1551, ut mittere-  
 tur Tridentum. Verba confessorum prima sunt: *Neesse est, interrogatos*  
*recitare doctrinam* cæt. ultima: *nec deleri patiatur cætus ipsum vere invocan-*  
*tes,* Cf. P. III. p. 54. f. de bibliotheca Cantabrigiensi. 3) Catechi-  
 smus Belgicus (impressus) cum observationibus ac notationibus manuscri-  
 ptis, quas adjecit Anna Maria Schurmannia. Merentur in his ea potissi-  
 mum

num considerari, quæ proposuit Schurmannia, decalogum illustratura, *de peccatis in deliciis*. Cf. P. I. p. 449. de biblioth. Polyc. Lyseri, Superint. gener. Bremensis.

## DIVISIO C.

DE INCVNABVLIS ARTIS TYPOGRAPHICÆ,  
quorum partim sparsa & disiecta reperiuntur in catalogis Solgerianis, partim etiam in itinerariis Uffenbachii.

### §. 1.

**I**nscribendam fuisse divisionem hanc: *de Codicibus sacris impressis*; me non fugit, cum probe mihi conscius sim eorum, quæ in procemio (obl. 4.) dixi de rerum aptis & accommodatis locis compositione. Vix tamen crediderim verendum, ne Lectoribus non probetur, meditata porro ac decreta nunc, *ordinis mutatio*. Facta laboris, quem inceperam, per res circumstantes necessaria, dilatione, quantum hæc ipsa dilatio mihi dedit otii, tantum ego impendi & catalogo Solgeriano & Uffenbachii narrationibus ea mente legendis, ut, quæ in iis occurrerent, artis typographicæ prima rudimenta, secundum annos digerenda, collecturus, accuratissime observarem. Et, quoniam satis ex sententia procesit lectitandi eventus, tradam in hac divisione, velut in appendice ad Partis I Sect. IV (p. 29. f.), *συναγωγή* eorum, quæ ARTIS TYPOGR. INCVNABVLA vocantur.

### §. 2.

Dixerit fortasse quispiam: *Non desunt aut opera, aut opuscula* hujus argumenti; potius magna fuit copia illorum a bonis jam temporibus cat. Concedo utrumque. Nec desunt hujus generis scripta, nec adeo parvus est, certe sufficiens poterit haberi, numerus eorum. Exstitit v. g. jam superiori sæculo, *l'histoire de l'Imprimerie & de la Librairie*, ou on voit son origine & son progrès cat. a Paris 1689; in 4<sup>ta</sup>. Neque dubium est, varia, quæ huc pertinent, contineri in

Rebus Moguntinis Nic. Serrarii, quarum libri V, anno 1604, Moguntia prodierunt in 4<sup>ta</sup>. Pariter asservatus adhuc fuit liber, cui titulus: *Origine e progressi della Stampa o sia dell' arte impressoria e notizie dell' opere Stampate dall' Anno MCCCCLVII*. Sino all' Anno M. D. Auctore Antonio Orinaldo in 4<sup>ta</sup>. Accefferunt Mich. Mettaire *Annales Typographici*, ab artis inventæ origine usque ad annum M. D.; inde vero ad annum MDCCXXXIII continuati; impressi Hagæ Comitum, Amstelodami & Londini, ab anno 1719 ad 1733, in 4<sup>ta</sup>, tomis comprehensi V, voluminibus VI. Item: *Theophili Sinceri Notitia Historico-critica Librorum* non nisi veterum rariorumque proximis ab inventione typographiæ annis, usque ad annum 1682, in quavis facultate & lingua editorum; Frf. & Lipf. 1748, in 4<sup>ta</sup>; *SCHOEPFLINI Vindiciæ typographicæ* cat. alia. Publici facta juris sunt præterea *l'Origine de l'Imprimerie de Paris*, per Andream Chevillier, 1662, in 4<sup>ta</sup>; *Opus de Typographiis earumque initiis in regno Poloniae* cat. Dantisci, 1740, alia. Divisa quoque passim & pervulgata, novimus, *schediasmata eorum, qui acclamarunt ovantium typographorum multitudini, solemnitibus festis diebus, in artis inventæ memoriam celebratis*. Sed, quæ primo loco posui antiquiora, ea sunt longe rarissima & valde pretiosa. Neque omnino reliqua, nostro impressa sæculo, in permultorum bibliothecis inveniuntur. Nihilominus, *perutilem fore, certum est, singulis, qui ruri habitant, hominibus literatis historicam de artis typographicæ incunabulis cognitionem*. Quin etiam ad omnem orbem litteratum redundatura inde videtur non contemnenda utilitas. In *bibliothecis enim rusticis, quamquam minoribus, abscondita sæpe latent antiquissima volumina, quorum nec titulos, nec pretia examinarunt unquam ponderaruntque possessores. Accidit, ut librorum fasciculi, pulvere obiecti & arrosi a vermibus, hereditate a proavis ad pronepotes transferantur, antequam sat opere aliquis collocaat in partibus eorum rite perlustrandis*. Quis, quæso, negaverit, hoc esse dolen.

SECT. IV. DE BIBLIOTHECA NOR. SOLGERIANA. XCI

dolendum? In promptu forsitan haberemus operum impressorum, quæ periisse ducuntur, exempla varia, si plene pridem & dilucide accepissemus, quid, in cujuslibet privati hominis bibliotheca, custodiatur <sup>1)</sup>. Prodiit anno 1489 *Chronicon Coloniense*, cujus auctor mentionem fecit *libelli grammatici* <sup>2)</sup>, nomen fortiti a *Donato*, philologo, eundemve typis exscriptum perhibet, ante annum 1450, a Costero Harlemani cat. Attamen illius editionis exempla, in ipso Belgio, desiderantur <sup>3)</sup>. Venerunt, arbitror, plurima in manus privatorum, qui pretium antiquitatis ignorantes, in asservando parum curiosi, aut interire passi sunt hos thesauros, aut in loca detrudi obscuriora. Nec dissimilia forte fuerunt fata operum aliorum. *Rogatos itaque volo bibliothecarum possessores*, in primis eos, quibus hanc meam tradidero commentationem, si quæ porro, in suis voluminibus, invenerint genuinæ antiquitatis monumenta, ne latere sinant illa diutius, sed, e tenebris eadem producentes, de artis typographicæ prima rudimenta conquirendi studio, bene mereantur. Supervacaneus non esset, me iudice, labor, si quis omnia, quæ supersunt, prima rudimenta ob oculos poneret, in catalogo chronologico, ea ratione concinnato, ut ex illo pateret, in quibusnam bibliothecis cujusque libri exempla possint inveniri <sup>4)</sup>. Ego quidem talis catalogi specimen, at imperfectum, exhibebo <sup>5)</sup>.

§. 3.

Speculum humanæ salvationis, cujus exempla mihi ostenderunt Francofurtenses & Genevenses, inter omnia, quæ prodierunt, *Prima rudim. artis typographicæ.*

<sup>1)</sup> *Operum b. Lutheri Latinorum editio prima* Basleensis (de qua in hujus dissert. P. I. Sect. V. nota I. p. XXXVII. f.) fuit in bibliotheca pl. R. Jonath. Goth. HÆNTZSCHELLII, Lomnicensium in Misnia Pastoris.

<sup>2)</sup> Des lateinischen Donats.

<sup>3)</sup> Teste Uffenbachio, in denen merkwürd. Reisen, P. III. p. 506.

<sup>4)</sup> Omnium omnino linguarum incunabulis bibliothecam suam ornavit cels. SCHOEPPFLIN, Argentoratensis.

<sup>5)</sup> Parciturus spatium pro *Catal. Solgeri* ponam C. S. aut S. C., & pro *Uffenbachii Reisen*, II. N.

*Prima rudimenta artis typogr.* mum esse, jam probatum ivi supra, P. I. Sect. IV. Obf. I. p. XXX. Im-  
pressum vero illud non esse, docui, litteris mobilibus, sed tabulis inci-  
sum ligneis. Age, nunc ad *enarrationes* Uffenbachianas animum con-  
vertemus. Rectissime utique, cogi, censet b. ab Uffenbach ex rationi-  
bus non incertis, *editionem Speculi humane salvat. Latinam prius in lucem  
prodiisse, quam Belgicam, quæ inscribitur: Spiegel menschlicher behoudnisse.*  
Cf. ejus merkiv. Reisen, P. III. p. 502. Scribit ibidem, se bis lustrasse  
utriusque editionis exempla, hospitem scilicet in Hollandia & Harlemen-  
sium res antiquas perferutantem, annis 1711 & 1718. Cf. etiam Vita Uffen-  
bachii p. 98. f.

*Affervarunt Harlemenses, custodiis in curia sua publicis, prima  
typographicae artis rudimenta non uniusmodi, in cistellam inclusa ligne-  
am<sup>1)</sup> & insignita numeris quinque, habita ætatis ratione. In volu-  
mine I, quod antiquissimum est, tractatus I continet librum  
firmationis s. paracleticum, variis moribundorum imaginibus illustra-  
tum. Initium prologi: Hagonizans (i. e. agonizans) cat. Textus,  
ad effigiem s. figuram primam: Ex quo fides cat.; nam expressa in  
immagine cernitur tentatio dyaboli de fide. Supra figuram ultimam le-  
gitur inscriptio: Bona inspiratio angeli contra vanam gloriam; prima  
autem textus verba hæc sunt: Contra quartam tentationem dyaboli dat  
Angelus bonam inspirationem, dicens: miser cor, Tu superbis cat. Fi-  
guræ omnes numero decem esse perhibentur. In vol. II, spe-  
culum hum. salv. habetur belgice; cujus exempla Coster vendidit  
XXX florenis. Cf. Uffenb. P. III. p. 278. In vol. III, figuræ,  
maximam partem ex Apocalypsi Joh. sumptæ, recentiores videntur, nec  
impressæ sunt litteræ foliis conglutinatis, sed simplicibus. Primo  
loco habetur effigies Johannis, baptiste, cum inscriptione: Conversi  
ab Eidolis per prædicationem beati Johannis. Omnia hæc volumina  
sunt*

<sup>1)</sup> Non in argenteam, ut Misson scripsit, itiner. P. I. p. 34. & ex Missone Bent-  
hem im Holländ. Kirchen- und Schulen-Staat, Th. I. p. 69.



sunt in forma folii minoris. Volumen IV, sine loci & anni notatione, *Incunabula* prodiit in f. quarta, impressumque creditur, Costero defuncto. Ex hoc *artis typographicae* in pugillares transtulit Uffenbachius verba, in fine posita: *en de goede sellen gen in de ewighe vreebde.* Laus Deo. Voluminis denique V, in quo insunt **Officia Ciceronis**, clausula hæc est: *Præf. is Marci Tullii ceter. finitum anno MCCCCLXVI, quarta die m. Febr.* Cf. *Scbellbornii Amœnitates liter.* T. IX. p. 970. seqv. Attamen hæc Ciceroniani operis editio princeps omnium & antiquissima censi neqvit. *Antiquior* enim, quam curarunt *Mogunini a. 1465*, & invenitur Genevæ, in bibl. publ. (cf. hujus commentat. P. I. Sect. IV. Obs. 4. D,) neque minus apud Cantabrigienses in Anglia, & si recte memini, in thesauris Cygneanorum (Zwickavien-sium in Misnia) publicis. Libri, quem: *Speculum humane salvationis*; inscripserunt, *exemplum aliud mihi a Francofurtensibus comimonstratum esse*, dixi jam supra in hujus commentat. P. I. Sect. IV. Obs. 1. Utrum vero illud in Harleimensibus exemplis, iisdemque primis, numerari possit, an minus, ignoro. Etenim, qua in antecedentibus ducebar opinione, ejus ratio aut fundamentum cœpit labefactari, cum, enarrationibus Uffenbachianis, P. III. p. 504, rite perceptis, ratiocinandum, intellexissem, hoc modo: Quodsi, ut permulta alia, etiam *Speculum hum. salv.*, ex Uffenbachii bibliotheca, acceperunt Francofurtenses; *impressum forte hoc exemplar fuit tabulis Costerianis, at recentiori etate.* Nam aperte & candide confitetur Uffenbachius, l. c., *er habe NB. den Nachdruck des Speculi aus Zanan bekommen zc.*

## §. 4.

Progredior ad alia typographica artis prima rudimenta, pure dicturus, quod partim vidi, partim legi relatum. Typis exscripta perhibentur 1) a. 1447, Augustæ Vindel., **Biblia Germanica**, quorum exemplar custodiverunt *Guelpherbyenses* in bibliotheca publica. Cf. Uffenb. P. I. p. 309. Codex, qui summa dignus foret æstimatione, nisi annum impressionis adscripsisset manus recentior. Cf. Tenze-

*Incunabula  
artis typographicae.*

lii monatsh. Unterredungen vom 4ten Jahre *ic.* 2) a. 1448, in Bavaria, **Chiromantia antiqva**; in cuius titulo: Das nachgeschriebenes buch von der Zandt hätt zu deutsch gemacht *Doctor Hartlieb* durch *Bert und Zeisung* der *Durchl. ic. Fürstyn* *Frauen Anna* geborn von *Praunschweigg*, Gemahel dem tugendreichen hochgelobten Fürsten *Herzog Albrecht*, *Herzog zu Baiern* und *Graf zu Doburg*. Das ist geschehen am *Freitag* nach *Conceptionis Marie Virginis gloriosissimae* 1448. Cf. *Uffenb. P. I. p. 309.* de *biblioth. Guelpherbyt.* Sed existit hoc loco quæstio dijudicatu difficillima: *Anne notaverit auctor annum impressionis?* quoniam scilicet fieri potuit, ut ille annus indicaretur, quo perfectum fuerit opus scribendo.

3) a. 1452, *liber historicus*, in folio, cuius initium est: *Incipit ordo observatus in s. Episcopali synodo Herbipolensi de anno natiuitatis Christi 1452. die septima mensis Martii, quæ fuit feria tertia proxima post Dominicam, quæ in Ecclesia Dei cantatur Reminiscere cat.*, celebrata. Cf. *Solgeri cat. P. I. N. 729.* ubi *Rev. Possessor* adposuit observationem: *Videtur codex ipsissimo anno, cuius sub initium mentio est facta, impressus hincque vetustissimus & omnium rarissimus merito esset prædicandus.* 4) a. 1459, **Moguntia apud Schoifferum, Guil. Durandi Rationale officiorum divinatorum**; in f.; *Codex membran.*, in *bibliotheca Norimb. publica*; cuius exemplum pariter notandum inveni *Basilea*. Cf. huius comment. *P. I. Sect. IV. Obs. 3.* *Idem opus* prodiit a. 1672, *Lugduni, utilissimis annotationibus illustratum*; in 4<sup>ta</sup>. Adjectum quoque cernitur **Belethi Rationale divin. officiorum**. Cf. *Solg. cat. P. II. N. 1258.* 5) a. 1462, **Moguntia, Biblia Sacra**; volumina II, in folio. Cf. *Uffenb. I. p. 292.* f. de *bibliotheca Ministerii Brunsvicensis ad ædem S. Ulrici*. Nota, quæ in huius codicis fine obfertur, hæc est: *Hieronymi Patris hoc opusculum artificiosa inventione imprimendi seu caracterizandi absque calami exaratione in Civitate Moguntii sic effigiatum, & ad Eusebiam Dei industrie per Johann Fust, civem, & Petrum Schoiffber de Gernsheim, Clericum Diocesis ejusdem, est consummatum anno Domini DCCCCLXII in vigilia assumptionis Virg. Marie.* 6) a. 1465, **Moguntia, Officia**

Officia Ciceronis; codex membran., apud Cantabrigienses, in Colle- *Incunabula*  
gio Immanuelis. Aliud exemplar, in Peterhouse. Cf. Uffenb. P. III. p. 51. *artis typo-*  
It. Romæ, Lactantii (Firmiani) *de divinis institutionibus &c. libri VII;* *graphicæ.*  
*ad Donatum de ira Dei liber unus cæt.* Primus liber, qui Romæ impressus est,  
L Imper. pretio venditus, sed, cum sit inter typographiæ incunabula rarissi-  
mum opus, C forte Imper. æstimandus. Cf. Solgeri Cat. P. I. N. 596. 7) a.  
1466, Moguntia, Officia Ciceronis; in biblioth. Electoris Palat.,  
Düsseldorpii custodita. Uff. III. 741. de alio exemplo Harlemensium cf  
hujus Divis. §. 3. 8) a. 1468, Moguntia, Institutiones Juris; co-  
dex membr. in f., apud Guelferbytenses in biblioth. publ. Pag. ult. oc-  
currunt hæc: *Alma in urbe Moguntina inclita per Petrum Schoiffer de Gerns-*  
*heim. Anno Dominicæ Incarnat. Millesimo CCCCLXVIII. Vicesima quarta*  
*die Mensis Maji.* Uffenb. I. 357. 9) a. 1469, Basileæ, Franc. Petrar-  
chæ Opera omnia, per M. Jo. de Amerbach, in f. S. C. P. I. N.  
1741. 10) a. 1472, Nürnberg, Dr. Fris Creußner, *Dtr. Albrecht*  
*von Eyb: Ob einem Mann sey zu nehmen ein ehelich Weib &c. in 4<sup>ta</sup>.*  
S. C. P. II. N. 552. In proœmio scripsit auctor: Die natürlichen Mai-  
ster haben in irer schul und Ubunge fürgenommen und gedispütirt ain hüb-  
sche gemaine frag, ob ain mann sey zu nemen ain Welich weib oder nit,  
Und wie wol diese frag mit kurzen worten von denselben maistern wirt  
hingelegt, jedoch hab ich Albrecht von Eybe in beiden rechten doctor, ar-  
chidiacon zu würzburg und thumberr zu Bamberg und Eystat, der lobli-  
chen Kaiserlichen stat Nürnberg, und ain erbern weysen fürsichtigen rat &c.  
aus besonder lieb, güten willen und zunsigung, und aus freuntlicher nach-  
pauerschafft &c. zu lob und eer und sterkung ihrer Policy und regiments  
fürgenommen auff die fürgelegten frag zu schreiben, und dieselben mit viel  
hübschen worten und zufallenden Stücken, hystorien und materien zu weit-  
tern und zu zieren, frölich und lustig &c. It. eod. a., ibid. Nic. von  
Weyle, *Stadtschr. zu Eßlingen, Pabsts Pii, sonst Aneæ Sylvij, Büch-*  
*lein vom Weiber: Joch, in 4<sup>ta</sup>.* N. 552. 11) a. 1473, f. loco, Bi-  
N ij blia

*Incunabula  
artis typo-  
graphicae.*

blia S., in linguam Saxonix infer. conversa, cum glossis Lyra; quæ invenit Uffenbachius apud Polyc. Lyserum, Superint. gener. Celensem. Cf. P. I. p. 450. Si Lyra non lyraffet; Lutherus forte non fallasset. Verum esto, quod in hoc proverbio traditur. Omnes autem, quæ in hisce bibliis reperiuntur, glossas tanto viro, quantum fuit Nicol. de Lyra, Parisiensis doctor sac. XIV, dignas esse, negat b. ab Uffenbach; facultatem olere, contendens, v. g., observationem ad Genes. III. v. 16. it. ad Proverb. VI, v. 24. ubi de muliere prava: *Met de Tonge lekt sy, en met de staert slikt sy &c.* 12) a. 1474, in oppido Ulmensi, Liber totius Bible Moralizationum per Jo. Zeiner, *artis impressorie Magistrum, non penna, sed stanneis characteribus, effigiatus*, in fol. reg. S. C. P. I. N. 320. 13) a. 1475, Mediolani, Valerii Maximi dictorum & factorum memorabilium libri IX, in f. S. C. P. I. N. 1042. It. Noribergæ, ap. Fr. Creusner, Poggii Florentini Facetiæ, in f. N. 1938. 14) a. 1477, f. loco, Monumenta antiquissima poëseos Germanicæ, quæ reliquit Wolfram ab Eschenbach, unus ex illis, qui vocantur Meister-Sänger v. c. *Seldengedicht von Gamuret und Parzifal*; quo carmine contineri creditur historia Ludovici Pii, Caesaris, & in cuius fine auctor posuit hæc: *Und dieser aventure zil nit me do von sprechen wil Ich Wolfram ze. It. Selden-Gedicht von Tyturrell*; in quo verba ultima sic sonant: *Zyote Stegetanise Der was zer Wolfram gebende. Die aventure zu Prise ze. zu kurz zu lang ein liet vil wol smacher. Ich Wolfram bin unschuldig. Ob schreiber recht unrichtig machet*; in f. S. C. P. I. N. 1866. Eod. a., Eßlingen, Petri Nigri (Schwarzens) *Stern des Meschiach*; in 4<sup>ta</sup>. S. C. P. II. N. 509. Idem liber eod. a., ibid., dr. Conr. Greiner von Gerhausen, mit *Holzschnitten*, in 4<sup>ta</sup>. N. 714. 15) a. 1478, Norimb. ap. Ant. Koburger, *Biblia latina vulgata*; in f. reg. S. C. P. I. N. 48. It. ibid. Alberti de Eyb Margarita poëtica; in f. min. N. 1477. It. Tarvisii (Trevifo Ital.) per Bern. de Colonia, L. Ann.

SECT. IV. DE BIBLIOTHECA NOR. SOLGERIANA. XCVII

Ann. Senecæ Opera; in f. N. 1556. It. Romæ, Angeli de Are- *Incunabula*  
 tio Lecturæ ext. *super Institutiones Juris*; in f. reg. N. 1775. 16) a. *artis typo-*  
 1479, Venetiis, Platina Vitæ Pontificum Rom.; impensa Joh. *graphicæ.*  
 de Colonia Agrippienfi ejusque focii Joh. Manthem de Gheretzem; in f.  
 S. C. P. I. N. 689. *Johannem VII, Pontificem, fuisse sœminam*, dilucide  
 commemorat Platina. Pergit autem: *Qvæ dixi, vulgo feruntur, incertis*  
*tamen & obscuris autoribus. Pium præterea (alium Rom. Pontificem)*  
*solitum fuisse, perhibet, de clericorum cœlibatu, sententiam dicere hoc*  
*modo: Man habe wichtige Ursachen gehabt, den geistlichen das heyrathen*  
*zu verbieten, es seyen aber noch viel wichtigere vorhanden, ihnen das selbe*  
*zu erlauben zc.* It. Norimbergæ, ap. Ant. Koburger, **JO. Gritschii**  
**Quadragesimale**; in f. max. N. 1823. 17) a. 1480, Parma,  
**S. Hieronymi Epistolæ**, in f. reg. Opus splendidissimum, cujus  
 pagina prima auro antiqvo, insignibus eleganter pictis aliisque coloribus,  
 est exornata. N. 1705. It. Ultrajecti, by Jan Velderar, **Fasciculus**  
**temporum**, cum variis insignibus; in 4<sup>ta</sup>.; e supellectili Campii cu-  
 jusdam Harlemonsis. Cf. Uffenb. III. p. 515. It. Antwerpia, per Gerard.  
 Leen, **Æsopus**, cum figuris buxo incis; in 4<sup>ta</sup>.; quem codicem possedit  
 Petrus **Vlamingius** Amstelod. Cf. Uffenb. III. p. 567. f. 18) a.  
 1481, Nurenbergæ, imp. Ant. Koburgeri, **Platina Vitæ Pontificum**  
**Rom., ad Sixtum IV**; in f. S. C. P. I. N. 690. Fuerunt, quibus  
 hæc editio Platina visa est & prima & optima, quibusque assentiendum  
 putavit **Saubertus**, in *Historia Bibliothecæ Norimb.* Enimvero, jam  
 publici facta juris, novimus, exempla, Venetiis impressa, a. 1479. Cf. **Ge-**  
**ze**, in den *Merkwürd. der Kön. Bibl. zu Dresden*, p. 390. Explicabo  
 breviter falsa opinionis originem. In utriusque, nimirum primæ pariter  
 ac secundæ, editionis codicibus cernitur **Epistola Hieronymi**  
**Sqvarzafici ad Platinam**, sed NB. *immutata in editioe posteriori* (qvæ  
 duobus annis recentior est). In editionis primæ exemplis Hier. Sqvar-  
 zaficus, ad Platinam verba faciens, *age, inquit, magne vir, ejus, quod tibi*



*Incunabula* natura largita est, fac nos participes, qui cupide Jobannem de Agripinensi Co-  
 artis typo- lonia & socium suum Job. Mantbem Gberetzem cat. consulemus, ut scripta ac-  
 graphica. curatissime semper imprimant. Quum autem, in eo essent Noribergenses,  
 ut imprimendas iterum curarent Platinæ enarrationes, manus quædam de-  
 ceptrix, ausa corrumpere Squarzacici alloquium, supposuit hæc: (Age,  
 magne vir cat.) qui cupide Anthonium Koburger in Nurenberga, ingeniosum  
 virum, consulemus, ut imprimat cat. 19) a. 1482, f. loco, Jo. Pfefferi  
 de Wydenberg Directorium Sacerdotale cat.; in f. S. C. P. I. N. 811.  
 It. Colonia, Rollfincki Fasciculus temporum cat.; in f. N. 909.  
 It. Norimbergæ, ap. Ant. Koburger, Jac. Januensis Legendæ  
 Sanctorum; in f. N. 1840. It. Venetiis, per Nic. de Ferraris de  
 Pralormo, Nonii Marcelli, Peripatetici, *Compendiosa doctrina* de pro-  
 prietate sermonum cat.; in f. N. 1909. It. f. loco, liber, ita in-  
 scriptus: In dem Lob Gottes und der Jungfrau Marien 2c. hebt sich an:  
 ein 16bl. Weißagung der Wirkung der Planeten 2c. dr. Magist.  
 Wencesl. Fabri von Budweis; in 4<sup>ta</sup>, S. C. P. II. N. 1263. It.  
 Biblia vulgata; per Reinbardum de Argentina ac Nicolaum Philippi de  
 Bensheym, socios. Fuerunt in bibliotheca Gürtleri, Prof. Franeque-  
 rentis in Frisia. Uffenb. II. p. 309. 20) a. 1483, Norimb., ap. Ant.  
 Kob., Biblia Germanica (NB. ante Lutherum) cum figuris buxo in-  
 cisis & coloratis, quarum plures sunt ridicule; in f., vol. II. S. C. P. I. N.  
 68. 69. It. f. loco, S. Hieronymi Vitæ Patrum, in f. N. 623.  
 It. Argentorati, Leutolphi de Saxonia Vita Christi cat., in f.  
 reg. N. 625. Mentione digna sunt, quæ disseruit auctor cap. X. *Sicut*  
*a Christo*, inquit, *dicuntur Christiani*, ita a Jesu dicemur *Jesuitæ*, i. e., *a*  
*Sabatore salvati*. In animis ergo fuit Jesuitarum nomen, ante Jesuitas,  
 monachos, quorum familia, parente Ign. Lojola, orta est sæc. XVI. It.  
 Nurenbergæ, ap. Ant. Koburger, Bartholomæi Anglici Liber de  
 proprietatibus rerum; in f. N. 1549. It. Venetiis, de Janua  
 Catholicon; in f. N. 1587. Debetur hoc *Lexicon reale philolog.*, ut  
 plurimi

plurimi opinantur, Joanni de Balbis, nobili Genuensi, qui accepit *Incunabula*  
*cognomen de Janua*, seu Januensis. Vid. Vogtii *Catal. libr. rar.* p. 184. *artis typo-*  
 It. f. loco, *Vocabularius rerum*; *Brevia de modo epistolandi* *graphica.*  
 cat. in f. N. 1938. It. Venetiis, per Octavianum Scotum Modocien-  
 sem, S. Hieronymi Vitæ Patrum; in 4<sup>ta</sup>, P. II. N. 1221. It.  
 Augspurg bey Schönspergern, libellus, sub tit.: *Sie nach vacht an gar*  
*ain nutzliche Beicht-Büchlin* &c. in 12<sup>ma</sup>. P. III. N. 2629. 21) a. 1484,  
 Augspurg, D. Johannsen Rieders (Prediger-Ordens zu Nürnberg)  
 24 guldene Sarpfen; in f. P. I. 307. It. sine loco, *Liber hora-*  
*rum Canonicarum*; *industria & impensis Joh. Sensenschmidt &*  
*Henr. Perzensteiner*; in f. N. 812. It. Venetiis, per Herm. Lichtenstein  
 Coloniensem, Jo. Tortellii Commentarii grammatici cat.; in  
 f. N. 1914. Aliud exemplar. N. 1916. It. f. loco, Jac. de Theramo  
 Consolatio peccatorum, a nonnullis Belial vocitata; in f. N. 1938.  
 It. f. loco, Wilhelmi, *Episcopi Eystetensis*, Statuta episcopatus sui  
 synodalia cat. in 4<sup>ta</sup>. P. II. N. 985. 22) a. 1485, Romæ, *Taxa*  
*Cancellaria, cum Bullis quibusd. Pontificum max.*; in 4<sup>ta</sup>. P. II. N. 1255.  
*Editio tertia*, a Lugdunensi & Amstelodamensi discernenda. *Codex ma-*  
*nusc.* asservatur Hagæ Comitum. Vid. in hac Sect. Appendix ad Divis. B.  
 §. 1. N. 12. It. te Harlem in H., van Meeſter Jacop Benart geboren van  
 Zeiczie, Bartholomæus van den proprieteyten der dinghen  
 cat.; in curia Harlemensi. Cf. Uffenb. III. p. 505. 23) a. 1486, Ar-  
 gentorati, Durandi Rationale divinatorum officiorum; in f. S.  
 C. P. I. N. 807. Cf. hujus commentat. P. I. Sect. IV. Obs. 3. de Basileen-  
 sium exemplo Moguntino. It. Mediolani, Joh. Simonetæ Com-  
 mentarii rerum gestarum Franc. Sfortiæ, *Mediolani Ducis*; in  
 f. N. 841. It. Ulmæ Terentii Comœdien, mit Zoltschnitten und An-  
 merkungen; in f. N. 1518. 24) a. 1487, Venetiis, M. Ant. Sabellici  
 rerum Venerarum Historia; *Libri XXXIII*; in f. N. 983. Sub  
 Sabellici nomine latet M. Antonius Coccius, utpote cui cognomen  
 hoc

*Inevnabula artis typo graphica.* hoc (jocando forsitan) adsignavit ipsius præceptor, Pomponius Latus. *Ovo sumto, falli*, planum est, eos, qui, *Sabellici Res-Venetæ cum Cocci* (a Sabellico diversi) *Commentario*, emissas, opinantur. Vid. *Jöchers Gelehrten-Lexicon*, sub voce &c. 25) a. 1488, Nürnberg, bey Antoni Koburger, *Passional*, d. i., *der Zeitigen Leben*; in f. max., cum figuris auro nitentibus. S. C. P. I. N. 626. It. Florentiæ, *Homeri editio prima*, vol. II. in f. cf. Uffenb. II. p. 251. de biblioth. Acad. Groningensis. It. *Celsi editio prima*, in f. min. cf. p. 397. de biblioth. Theod. Janssonii ab Ameloveen Hardervicensis, in Belgio. 26) a. 1489, Colonia, *Die Chronica van der hilliger Stadt van Cøllen* cat. gedruckt Joh. Koelhoff, bürger in Cøllen; in f. Parte hujus Chronici Colonienfis (ab Harlemensibus, in curia, conservati) media, obfertur *de arte imprimendi locus, inventa quidem ab Harlemensi* (Costero) perfecta vero Moguntia, additurque nonnihil NB. de *Bibliis Latinis*, quæ *litteris impressa sint majusculis*, anno 1450. Cf. Uffenb. III. p. 505. It. Romæ, *Regulæ* cat. *Constitutiones Cancellariæ Innocentii VIII* cat.; in 4<sup>ta</sup>. S. C. P. II. N. 1255. It. Nürnberg, *Versöhung Leib, Seel, Ehr und Gut*; in 4<sup>ta</sup>. N. 2023. 27) a. 1492, s. loco, *Virgilii Opera*, cum commentar. Servii *Landini* cat.; in f. S. C. P. I. N. 1528. It. Venetiis, *Volumen, quod complent scripta varia*; in f. N. 1909. E. G. C. *Crispi Sallustii Bellum Catilinarium* cat. *Portii Latronis Declamatio in L. Catilinam* cat. alia. 28) a. 1493, in Freiburg, *Fr. Niederers Spiegel der wahren Rhetoric*; in f. N. 1509. It. Strassburg, *Eusebii Zistorie von dem großen König Alexander*, von Joh. Hartlieb zu München ins Teutsche übersetzt; in f. N. 1868. 29) a. 1494, Lubeca, *Biblia, lingua Saxonie inferioris* impr. *typis majusculis*, ac figuris ornata coloratis; in f. N. 72. *Famosus omnino codex propter glossam ad Genes. III. v. 16. Under der Macht des Mannes wers du wesende, und he schal aver dy herschopen, dy NB. wackene to pyneghende und to slande* cat. Ficta etiam fuit, *typis exscripta, versio*, in qua, l. c., in sit effatum:



tum: Und er soll dein NB. Narr seyn ꝛ. quam confuderunt aliqui cum editione Lubecensi. It. Venetiis, ap. Aldum Manutium, **Phocylidis** *Incunabula artis typographicæ.* *Moralia omnia*, græce & latine; in 4<sup>ta</sup>. P. II. N. 1779. It. Florentiæ, **Anthologia**, i. e., *Epigrammata* græca poët.; editio prima litteris quadratis; in 4<sup>ta</sup>. 1827. It. Spira, Jo. Reuchlini liber de verbo mirifico; in f. P. I. N. 371. It. Nürnberg, **Sebast. Brands Narren-Schiff**, cum figuris, in 8<sup>ta</sup> P. III. N. 2258. 30) a. 1496, Augspurg, dr. Schönsperger, **das Buch der Chronicken mit Fig. und Bildnissen**, von Anbeginn d. Welt ꝛ. in f. S. C. P. I. N. 931. It. Leipzig, ein löblich und nutzbarlich Büchlein von dem Sterben ꝛ. in 4<sup>ta</sup>. P. II. N. 978. 31) a. 1497, Basilea, **Malleoli** (Felicitis Hemerlin) **Obliterationis Opuscula & Tractatus**; in f. P. I. N. 1756. Fuit Hemerlin, gente Helvetus, Præpositus Solodurensis cat., acerrimus quidem, at lepidus, avi sui censor, nullique peperit vitæ generi. Extant ejusdem de *Nobilitate ac Rusticitate* Dialogus; de *Suitensium ortu* liber; *Processus judicarius*; in forma folii, cum aliis, quæ, licet excusa sint absque annotatione, saculo tamen XV prodiiisse, certum est. N. 1757. It. Basilea, **Stultifera Navis**, per Seb. Brant; cum figuris paradoxis, ligno incisis; in 4<sup>ta</sup>. P. II. N. 466. It. Argentinæ, Seb. Brant **Stult. Navis**, *Narragonice perfectionis nunquam satis laudata navis* cat.; in 4<sup>ta</sup>. N. 1917. *Multos offendit liber hic rarus & lepidus, sed sine causa*; Jo. Geiler de *Kaysersberg* hat gar über das *Narrenschiff* geprediget cat. Hoc judicium legitur in *Thesauro Bibliobecali*, Vol. II. p. 314. f. It. Lipsiæ, per Melch. Lotter, **Legenda S. Matronæ Annæ** cat.; in 4<sup>ta</sup>. N. 473. 32) a. 1498, Basilea, **Caroli M. Homeliarius Doctorum**; in f. P. I. N. 312. It. in oppido Imper. Hagenau, **Wilhelmi Parisiensis Tract. super Passionem Christi**; in 4<sup>ta</sup>. P. II. N. 448. It. Nürnberg, dr. Cass. Hochfeder, **Epistel Rabbi Samuelis des Juden**, darinn er ꝛ. vernicht die unfruchtbare Hoffnung der Juden ꝛ. Auch eine **Epistel Pontii Pilati**, von der Urstand Christi; in 4<sup>ta</sup>. N. 796.

*Incunabula artis typographicæ.* It. Venetiis, ap. Aldum, Angeli Politiani Opera, & alia; in f. P. I. N. 1527. 33<sup>a</sup> a. 1499, f. loco, Liber Missalis cat. *Ecclesie Babenbergensis*; in f. P. I. 820. It. Venetiis, sumt. Bened. Fontanae, Julii Cæsaris Commentarii de bello Gallico cat.; in f. N. 1857. It. Augspurg, bey Maister Erhart Ratdolt, Lateinisch Psalter, mit dem teutschen nützlichen dabey ꝛc. in 4<sup>ta</sup>. P. II. N. 58. It. Nurmberga, imp. Ant. Koburgeri, Alphonsi de Spina Fortalitium fidei contra *Judeos* cat.; in 4<sup>ta</sup> maj. N. 616. It. Argentinae, per Jo. Grüninger, Terentius cat. cur. Jo. Curtio ex Eberspach; cum effigibus personarum colloquentium cat. Fuit in biblioth. Pastoris Gallici & Profess. Franequerensis, Jo. Lemonon. Cf. Uffenb. II. p. 297. It. Venetiis ap. Aldum, Etymologicum magnum, græce scriptum; in f. Ibidem.

Augebo catalogum addendo codices antiquos, qui aut locum merentur in ipsis typographiæ incunabulis, aut certe non infra eadem poni possunt, dum de singulorum pretio disputatur. Impressa videlicet existant 1) sine loco & anno, Biblia Germanica, literis initialibus in auratis, auro etiam alias coloribusque splendida; in f. max. S. C. P. I. N. 65. Editio, quam inter Germanicas omnes primam esse, censuit cel. SOLGER. Adponam, ut, qualis fuerit illa versio, aliquantum percipiatur, nonnulla specimina. Matth. VIII. v. 2. *Und secht, en misliger kam und anbet in sagen: o herr du macht mich gereimigen, ob du wilt* cat. *Und zu hand ward gereimiget seine Miselsucht.* Luc. I. v. 46. *Mein sel die miche-licht den berrren und mein geyst freut sich in got meinen behalter* cat. Matth. XXV. v. 31. *Wann so der Sun der Meid kumt in seiner Magenkraft* cat. *denn sizz er auf den gesess seiner Magenkraft* cat. Matth. XXVI. v. 3. 5. *Do wurden gesament die Fürsten der Pfaffen* cat. *Sy sprachen nit an den Mess-Tag* cat. 2) f. anno, Augspurg, Biblia Germanica; typis uncialibus; in f. N. 67. Etiam hæc editio inter primas vetustissimasque putatur collocanda. In fine Apocal.: *Diss. durchlauchtigost werck der*

SECT. IV. DE BIBLIOTHECA NOR. SOLGERIANA. CIII

der ganzen heiligen Geschrifft genandt die Bibel cat. hat hie ein Ende. 3) f. *Incunabula*  
 anno & loco, **Biblia Germanica**; in f. N. 66. Volumen, cui non *artis typo-*  
 minor antiqvitatis adferitur. Genes. III. v. 19. *In dem schweiß deines antlitz*<sup>8</sup>*graphic.*  
*wirft du geführet mit deinen Brot bisz das du widerkerst zu der erden cat.*  
*Wan du bist ein gestüp und wirft widerkert in gestüp.* Apoc. XXII. v. 20.  
*Joch gewerlich ich kumm schier. O berr Jhesus NB. ich kumm cat.* 4) a.  
 1523, Augspurg, dr. Schönsperger, **das Buch des Neuen Testa-**  
**ments teutsch**; mit fig. in f. P. I. N. 1813. Codex, qui primis rudi-  
 mentis est simillimus; quoniam nil in eo invenitur litteris mobilibus ex-  
 scriptum, sed omnia fuerunt incisa in tabulas ligneas. 5) **Vincentii**  
**Bellovacensis Speculum historiale**; in f. reg.; litteris capit. co-  
 loratis & auro antiquo superbiens. N. 1045. Prodiit omnino, circa  
 artis incunabula, ex typographia Jo. Mentellin, quem ex Argentinensibus  
 & Parisiensibus aliqui pro ipso artis inventore habuerunt.

Memoria adhuc mandabimus testimonium de inventa imprimendi arte,  
 traditum a **Jo. Tritemio** (in fine *Compendii Amalium de origine gentis Fran-*  
*corum*, a. 1515, Moguntia, ap. Jo. Schœfferum, excusi) verbis sequentibus:  
*Impressum & completum est hoc cat. opus, in nobili famosaque urbe Moguntina,*  
*hujus artis impressorie inventrice prima, per Jo. Schöffer, nepotem quondam bo-*  
*nesti viri Job. Fusth Civis Moguntini, memorate artis primarii Auctoris, qui*  
*tandem imprimendi artem proprio ingenio excogitare specularique cepit anno*  
*Domince nativitatis MCCCCL, in dictione XIII, Regnante illustr. Rom. Im-*  
*peratore, Friderico III, Prasidente sancte Moguntine sedi Reverendiss. in*  
*Christo Patre Domino Theodorico pincerna de Erbach Principe Electore. Anno*  
*autem MCCCCLII perfecit deduxitque eam, Divina favente Gratia, in opus*  
*imprimendi (opera tamen ac multis necessariis adinventionibus Petri Schöffer de*  
*Gernsheim ministri sui que filii adoptivi, cui etiam filiam suam Christinam Fusth.*  
*in pro digna laborum multarumque adinventionum remuneratione nuptui dedit.*  
*Retinuerunt autem hi duo iam prenominati Jo. Fusth & Petrus Schöffer hanc*  
*artem in secreto (omnibus ministris ac familiaribus eorum, ne illam quoque*  
 modo

*Incunabula modo manifestarent, jurejurando adstrictis). Quo tandem de anno Domini*  
*artis typographicæ.* MCCCCLII per eosdem familiares in diversas terrarum provincias divulgata  
 haud parum fumsit incrementi. Cf. S. C. P. I. N. 1218. Quam ob causam  
 silentio prætermissa fuerint, in hoc testimonio, scripta, *Moguntiae alibi-*  
*que impressa annis 1447. sequ.* (de quibus in hujus commentat. P. I. Sect.  
 IV. Obs. 3. & P. II. Sect. IV. Divis. C. §. 4.) mihi quidem non liquet,  
 nisi ab auctoris ignorantia illam repetere velimus.

De omni autem hac materia qui accipere plura cupit, perlustrare  
 poterit **Matth. Judicis** de *typographiæ inventu ext. libellum*, Copen-  
 hagenæ, ed. a. 1566. in oct.; *Auctoris anonymi Catalogum Librorum rariss., ab*  
*artis typ. inventoribus aliisque ejusd. artis principibus, ante annum MD, ex-*  
*cusorum; s. loco & anno; in oct. maj.* **Cornelii a Beughem** *In-*  
*cinabula Typographiæ*, Amstelod., 1688. in 12<sup>ma</sup> I. C. H. & I. P. R.  
*Indicem quorundam librør. sect. XV. impressorum, quos possedit Chr. Gottl.*  
*Schwärzius*, Norimb. 1727. in oct. **Polydori Vergelii** *Bericht der*  
*Erfinder aller Dinge &c.* Frankf. s. anno, in oct. **Friedr. Christian Less-**  
*fers Typographiam Jubilantem, d. i., kurz gefassete Historie der Buchdr-*  
*ckerer &c.* Leipzig, 1740, in oct. alia. Cf. Solgeri Cat. P. III. N. 1347.  
 1441. 2918. 1495. 1728. 1245.

## DIVISIO D.

DE CODICIBVS SACRIS RARIORIBVS, IMPRESSIS  
 SÆCVLO XVI SEQV.

**E**x his, in forma folii, prodierunt 1) a. 1522-32, Vitembergæ,  
 Sacri Codicis canonici (totius) editio Germanica,  
 eademque prima; curante Luthero, in V voluminibus. Cf.  
 N. 79. 75. 76. 77. 78. Volumen I, (Biblia Germ. Novi Test.) quam-  
 vis illud, absque anni notatione, fuerit editum, plurimis tamen videtur  
 impressum a. 1522. In volumine III, quo continetur Liber Josuæ cat.,  
 sub finem, occurrunt b. *Reformatoris insignia, buxo incisa*, cum pronun-  
 ciato:

ciato: Disß Zeichen sey Zeuge, daß solche Bücher durch meine Hand gegangen sind. Sunt autem hæc volumina in scriptorum Lutheri priorum numero reponenda, quæ multum differunt a posterioribus emendatis. Quemadmodum enim dies esse solet diei magister; ita etiam huius doctoris res a parvis initiis evaserunt maxima. Neque parum operæ ac laboris consumsit ipse Lutherus in conquirendo Partium II & III exempla, eo animo, ut operis adeo imperfecti memoria, quantum fieri posset, extingueretur. Vid. Bibliotheca ill. de Ludwig, T. I. p. 2. 2) a. 1527, Vormatiæ, Prophetæ ex vers. Hezeri & Denckii. I. v. I. Ich hab Sün außbracht, sie aber sind an mir zu Schelmen worden &c. Cap. LVIII. v. I. Schrey, daß dir der Hals kracht &c. N. 82. 3) a. 1546, Basileæ, Biblia Hebraica, cum Latina interpretat. ac annotationibus Rabbincis. NB. cura Sebast. Münsteri, qui (cum primus in Germania sub prelum miserit Codicem S. Ebraicum; primus, vulgata seposita, novam adornaverit versionem Latinam, fontibus respondentem; primus etiam illustraverit textum scholiis Rabbincis) jure suo meritoque, ceu Germanorum Esdras, potest laudari. N. 34. 4) a. 1554, Nürnberg bey Ulr. Neuber, Biblia Germanica V. & N. Test., ex vers. Lutheri; notatu digna propter glossam ad Nehem. III. v. 5. Die armen müssen das Creuz tragen, die reichen geben nichts. Esß hat nichts, Sees Ding gibt nicht, quater drey helfen frey &c. Vol. II. N. 99. 100. 5) a. 1557, Parisiis, sub oliva Rob. Stephani, typis impr. argenteis, Biblia Latina utriusque Test. Versio duplex, vetus & nova; in volum. III. N. 56. 57. 58. Ostensa fuerunt hæc volumina Jo. Fabricio, dum hospes in Gallia versabatur, posteaquam ex Collegii Parisiensis doctore, bibliothecario, quæfiverat, quodnam opus rarissimum ipsi præstantissimumque haberetur. Vid. Historia Bibliothecæ Fabric. P. I. p. 14. 6) a. 1565-72, Antwerpia, ex off. Plantini, Biblia Polyglotta; cura Ariæ Montani, Benedictini; Philippi II, Hisp. R., auctoritate; in volum. VIII. Genes. III. v. 15, pro נחך legitur

Solgeri Cat.  
P. I.

*Codices Sa-* tur  $\aleph$ י. Perierunt hujus pretiosissimi codicis exempla plurima turbidi  
*cri vario-* maris tempestate. Hinc tanta ejusdem raritas, ut prædicatus a nonne-  
*res, impres-* mine fuerit, tanquam *octavum mundi miraculum*. Cf. N. 1-8. 7) a. 1584,  
*si sec. XVI.* ibid. ex ead. offic., *Ariæ Montani Biblia interlinearia Hebrai-*  
*sequ., in fo-* **CO-Græca.** Editio voluminis VITI recentior, qua, in locum Gen. III,  
*lio.*

*Solgeri Cat.*  
 P. I.

15., genuinam lectionem  $\aleph$ י restituit ipse auctor, Arias. Singularem  
 quoque animi attentionem firmamque perceptionem merentur verba qua-  
 dam auctoris, & in principio codicis, & in fine, obvia. Accesserunt,  
 inquit Arias, NB. Benedictinus, *libri græce scripti*, quos *Ecclesia Ortho-*  
*doxa, Ebræorum canonem secuta, inter apocryphos recenset.* Attamen hæc  
 aperte pugnant cum decretis Concilii Tridentini, inde ab a. 1545. cele-  
 brati, quod canonicos numeraverat libros eosdem. Quo intellecto fieri  
 non poterat, quin stomacharentur quam plurimi, Jesuitarum præprimis  
 familia. Atque hi monachi summa elaborarunt cura, ut, exemplaribus  
 primis mature deletis, posteriora, ex aula Romana voto correctâ, in pu-  
 blicum emitterentur. Nihilominus vel in manus nostratum venerunt  
 nonnulla, quamvis paucissima. Aliud, exemplum, vidit b. ab Uffen-  
 bach, in bibliotheca Syndici Bremensis, Gerh. van Mastricht. Cf. Ejus  
 merkwürd. Reisen, P. II. p. 171. f., ubi, se miratum, scribit vir inge-  
 nuus, quod ne censores quidem Lovanienses, quantumvis illi fuerint tres  
 doctores theologi Romano-Catholici, observarint atque notarint obe-  
 lo hoc effatum Ariæ Montani cat. N. 32. 8) a. 1574, Frankf. dr. Wey-  
 gand Han, *Biblia Germanica Vet. & N. Test.*, ex vers. Lu-  
 theri, cum figuris illuminatis. Desideratur in hoc volumine dictum  
 I. Joh. V. v. 7., quod tamen legitur in aliis exemplis, ibidem impres-  
 sionibus, eodem anno, apud typogr. Geyerabend. N. 101. 9) a. 1596, Ham-  
 burg, by Jac. Lucius, *Biblia Germanica Saxonix inferioris*,  
 cura M. Dav. Woldneri. Cognominatus fertur codex hic: *Dues*  
*es; ob Lutheri glossam ad Neh. III. v. 5. De armen müthen dar Crütze*  
*dragen, da ryken geven nichtes. Dues es hefft nicht, ses Zinck giffi nicht;*

*Quater*

SECT. IV. DE BIBLIOTHECA NOR. SOLGERIANA. CVII

*Quater drè de helpen fry.* Improvisum praterea inopinatumque lectoribus eveniet, ut apocryphorum *librorum numero* collocatas deprehendant *epistolas ad Ebricos, Jacobi & Jude, itemque Apocalypsin Johannis.* N. 144. 10) a. 1670, Norimbergæ, **Biblia Germanica**; cum præfat. D. Dilherri. Opus non ignotum (at paucissimis visum) de quo magnus in orbe rumor exstitit, **Die Seg: Seuer: Bibel** vocitatum. Etenim, Ep. Jude v. 23, homo Pontificius, typographi socius, in gratiam Romano-Catholicorum, textus partem ita reddidit: **und rucket sie NB. aus dem Seg: Seuer.** N. 113.

In forma quarta: 1) a. 1521, Hagenoæ, **Testamentum Novum Græce**, cura Nic. Gerbelii. Cf. Solgeri. Cat. P. II. N. 46. Codices Sacri variorum, impres. in si sæc. XVI. Exemplar *Lutheri manu propria notatum*, quo is ipse usus esse putatur in versione N. T. Germanica conficienda. Ventilatum scilicet novimus, in problema historicum, de codice N. T. Græco, quem cæteris antetulerit Lutherus, originalem textum in linguam vernaculam conversurus. Ne-  
que ignoramus, litteratores, facta problematis, discussione, in ea dis-  
fensione fuisse constitutos, ut alii pugnarent pro Gerbeliana editione, pro Frobeniana & Aldina alii. Cum prioribus, v. g. cum **Eckardo**, in codice Græco cat. idem sentit cel. SOLGER. Opinionem vero posteriorem a dubitatione vindicare studuit **Boysen**, in dissertat. crit. de codice Gr. & consilio, quo usus est Lutherus cat. 2) a. 1565, Wittenberg, **Biblia Germanico-Latina**, nitidissimo typorum genere exscripta, in X voluminibus. Nitidis etiam satisque puris loquendi formulis concinnatam esse versionem Latinam, ex eo videtur posse conjici, quod, in præfatione, scripserit **Paulus Eberus**: **S. Churfl. Durchl., Augustus,** habe diese Edition deswegen auf Ihre Kosten drucken lassen, damit **Dero Erbprinç, Alexander,** die Latein. Sprach nicht sowohl aus den **Profan-Scribenten,** als vielmehr aus der **Zeit. Schrift,** erlernen mögte. N. 171. 26. 3) a. 1596, Wittenb., dr. **Zach. Lehmann,** **Biblia teutsch D. M. Luthers,** P. II.

Luthers, mit den Summarien Veit Dieterichs; in II. vol. N. 27. 28. En codicem Germanicum, qui *primus inter Vitembergenses fuit adeo integer, ut effatum i. Job. V. v. 7. contineret.* Veruntamen loco enunciatio- nis: Diese drey sind eins; invenitur hæc: Diese drey dienen in eins.

*Codices Sa-  
cri, impres-  
si sec. XVI.  
seq., in octa-  
va.*

In forma octava: 1) a. 1529, Leipzig, das *N. Test.*, dr. Emser verteutsch. It. Hier. Emseri Annotationes ub. Luthers *N. Test.*, zum vierdren mal übersehen *æc.* Prenebatur Hier. Emser, ju- rium Licent. & Professor Lips., Luthero primum amicus, deinde hostis (ac der Leipziger Sudler a ipso Luthero cognominatus,) preneba- tur, inquam, animi ægritudine, ex rebus Lutheri secundis suscepta, tur- piterque malevolus allaborabat, ut removerentur laici a legenda versione Lutherana. N. 62. 2) a. 1693, Nürnberg, Biblia, d. i., die ganze *S. Schrift*, vert. dr. D. M. Luther *æc.* Codex, in quo non occurrit *effa- tum i. Job. V. v. 7.* 3) a. 1734, Offenbach, das *N. Testam. æc.* aus dem Griech. Grund-Text gedollmetschet *æc.* dr. Joh. Jac. Junckhervott. Nefaria & maxime impia versio, æternis tenebris occultanda. N. 64.

*Codices Sa-  
cri rariores  
impressi, in  
duodecima,  
sec. XVI.  
seqv.*

In forma duodecima: 1) a. 1551, Lütetia, ap. Rob. Steph., Novum I. C. D. N. Testamentum; cum interpret. Erasmi & veteris Interpretis *cæt.*; in II. volum. N. 2554. 55. Editio *versificata* (i. e., in qua versus capitum distincti) *prima*, XXX flor. emta *cæt.* 2) a. 1707, Berlin, Biblia, d. i., die ganze *S. Schrift* *æc.* sammt e. Vorrede D. Speners. N. 2569. Dici posset die Jesuiter: Bibel (propter errorem typogri Ex. XIII. v. 5. ubi, pro Zebusiter, impr. est vocab. Jesuiter) ad imit. cognominis *Seg = Seuer = Bibel*, de quo supra §. 1. N. 21.

*Codices Sa-  
cri, impr.  
sec. XVI.  
seq., ex Uf-  
senb. itiner.*

Ex Uffenbachii narrationibus, in huncce catalogum transferendum selegi Novum Testam. Latino-Græcum interlineare, impr. Compluti (Hisp.) ap. Arnaldum Guil. de Brocario, a. 1514; in f. En codicem,



codicem, cujus character, quamvis ille rudis sit, eo tamen rectius putatur veræ antiquitatis documentum, quo magis idem congruit cum caractere manuscriptorum vetustorum. Neque ingratum esse potest verbi divini amatoribus, si, hanc ipsam N. T. editionem, NB. inter omnes Græcas primam, intellexerint, *prodiisse puriorem & incorruptam*. Venerabuntur potius cum admiratione pia providæ superioris curæ argumentum, quando in hoc codice legerint locum de SS. Trinitate *1. Joh. V. v. 7., cum glossa S. Thomæ, Arianorum non culpam, sed dolum pessimum, nequissimamque in omittendo malitiam, accusantis cat.* Cf. Uffenb. P. III. p. 170. f. de biblioth. Gerh. van Mastricht, Syndici Bremensis.

## DIVISIO E.

### DE SCRIPTIS MISCELLANEIS RARIORIBVS, IMPRESSIS SÆC. XVI SEQV.

Ut ego ante differendi finem faciam, quam typographus, nostræ formæ chartas desiderans, imprimendi, subjicietur hic minima pars eorum, quæ traditurus eram in ultima sectione.

#### §. I.

Ex iis, quæ in folio sunt, attingo scripta septem. Sunt illa 1) **a. Libri mi-1510, Liber Conformitatum;** sub cujus finem: *Impr. Mediolani scellanci raris- per Gotardum Ponticum cat. A. D. 1510. die XVIII M. Sept., fol. 256. Rarioris, im- risfimi operis editio prima, C florenis aestimata, quam publici juris fecit XVI. sequ. Franciscus Zeno, Mediolanensis, Fratrum Minorum de observantia in folio. in Cisalpinis Vicarius generalis. Occurrit, in titulo, super S. Francisci Solgeri Cat. P. I. effigiem scriptum, hoc elogium:*

*Franciscæ sequens dogmata superni Creatoris,  
Tibi impressa stigmata sunt Christi, Salvatoris.*

Conspiciuntur *figuræ, miracula Francisci exprimentes, cum ἐπιγραφῶν Amphion muros Thebanos lyra construxit; Orpheus in silvis; Arion inter Del- phinas*

*Libri mi- phinas cat. In altera pagina cernitur alia imago ejusdem Francisci; ad  
scellanei ra SALVATORIS crucem in genua prostrati, cum adjecta inscriptione: mov  
riores, im- inivib idiov. Francisce Jesu typice Dux formaque Minorum; carnosquidmian  
pressi sec. Per te Christi mirifice sunt gesta & donorum: audi dicitur  
XVI. sequ. Mala, Pater egregie, propelle animorum, ghrxellens  
in folio. Sedes nobis perpetuas da regni supernorum.*

A dextera & sinistra manu effictæ habentur *Conformitates*, h. e. Francisci cum CHRISTO similitudines, *quadraginta*. Cf. N. 692. 2) a. 1517, Nürnberg, bey Hannßen Schönsperger, Melch. Pfünzings Theuerdancf, oder Maximiliani I des glorwürd. Röm. Kayfers ritteiliche Thæren; cum figuris buxo incisís (non ab Alb. Dürero, sed ab ejus discipulo & imitatore, Joh. Scheifflein, pictore ac sculptore Nœrdlingenfi,) quæ variis nitent coloribus. Editio hujus libri historici princeps, in qua ejusdem clavis reperitur. N. 827. Quod exempla non sint impressa literis mobilibus, sed tabulis ligneis, cel. SOLGER annotavit ad N. 1813. Vendita sæpe leguntur hujus editionis exemplaria XXIV Imperialibus, & cum vix comparari possent, brevi secuta est editio recens, a. 1519, Augustæ Vindel.; cujus exempla, æque rarissima, vix licuisse nonnunquam; perhibentur. C florenis. Cf. N. 828. 3) a. 1535, Wittenb., D. Mart. Lutheri Kirchen-Postill. Editio non castrata, quæ figuris splendet elegantissimis, a Cranachio, pictore, illuminatis. In hujus operis pagina 70. NB. non in totum negavit purgatorium b. Doctor. Animose autem & graviter illud oppugnavit p. 85. cf. N. 297. 4) a. 1538, Basileæ ex offic. Frobeniana, Terentii Comœdiæ, una cum *scholiis*, ex Donati, Asperi & Cornuti commentariis decerptis; it Jo Calphurnii *notis in Heautontimorumenon*. Indicata sunt *carnum genera*; studio & opera Erasmi Roterodami. Codex, cui maximum recte attribuitur pretium, non modo propter Phil. Melanchthonis *aliorumque coævorum observationes* in margine notatas, sed etiam propter Lutheri *autographon*: *Erasimus hostis omnium religionum; sed inimicus singularis*

laris Christi; Epicuri Lucianique perfectum exemplar & idea (Manu mea Libri mi-  
propria). Ego Martinus Luther Tibi Filio meo charissimo Johanni (NB. erat scellanei ra-  
hic Johannes natus maximus, JCtus, qui cœlebs decessit) & per te omni-  
bus liberis & meis & sanctæ Ecclesiæ Christi. Sensibus hæc inis, res est <sup>presse sec.</sup> XVI. sequ.  
non parva, reponas. N. 1915. 5) a. 1541, Parisiis, Alphonsi de Ca-  
stro adversus omnes hæreses libri XIV. Editio princeps &  
antiquitate superans eam, quæ seqvebatur a. 1543.; licet, hanc postero-  
rem antiquissimam esse, tradiderit Jo. Gottlob Moller, Rostoch., in  
Dissertat. de Alfonso a Castro, a. 1693. Notabilis etiam est veritas, quam  
sincere proposuit auctor p. 9. Ea nimirum: *Quod Papa in fide possit er-  
rare.* N. 371. 6) a. 1554, Wittenb., bey Hansß Lustt, D. Mart. Lu-  
thers Kirchen-Postill; in volum. II. Exemplar, quod Lutherus  
eodem anno donavit amico cuidam Noribergensi, cum observatione,  
manu Ipsius propria adjecta his verbis: 2. M. So laßet Euch nu weisen  
ihr Könige vnd laßet Euch züchtigen ihr Richter auf Erden. Diener  
dem ZErren mit Surcht vnd freuet Euch mit Zittern. Warum laßet ihr  
der Prophet den Pöbel ausen, und spricht allein die Könige vnd Regen-  
ten an? On zweifel darumb, das wo die Regenten Christo dem ZErren  
dienen vnd gehorsam sind, so kan der Pöbel nichts hindern. Wo sie  
aber GOrtes Wort verfolgen oder verachten, da kan der Pöbel nichts  
helffen, wo nu Kirchen vnd Schulen wol stehen, Da wird Christus der  
Oberkeit, widerumb wol wissen reichlich zu danken. Wo aber Kirchen  
vnd Schulen (on welche GOrtes wort nicht bleiben kan) versäumt wer-  
den, das wird niemands schuld sein, denn der Oberkeit vnd der großen  
Zerren. Denselben wirds auch gehen (wie er hie sagt) das sie aussn weg  
umbkommen durch seinen Zorn. D. Paulo Tucherio Patricio Nurnberg. Mar-  
tinus Luther. N. 307. 308. 7) a. 1568, Geneva, Jo. Calvini Insti-  
tutio Religionis Christianæ; it. Epistolæ & Responsa ibid.  
a. 1575. Nulla fere, inquit Reimmannus in Catal. Bibliotheca sue p.  
444., nulla fere, in Calvini institutionibus est littera, quæ ornam non ha-

beat aut oratoris esse non videatur; ut, *Suadam ipsam in auctoris sensitavisse labris & ejus calamo inspirasse, existimare queas cat.* Pleraque sunt exquisitissime dapes; unde ab hostibus ipsis laudata Calvini virtus cat. unde **Paulus Thurius**: *Præter Apostolicas post Christi tempora chartas huic peperere libro secula nulla parem.* N. 349.

§. 2.

*Libri miscellanei rariiores, impressi XVI. sequ., in f. quarta*

*Solgeri Cat. P. II.*

**In forma quarta**: 1) a. 1522, Argentorati, **Affertio septem Sacramentorum adversus Mart. Lutherum**, edita ab **Invidissimo Angliæ Rege, Henrico VIII.** Editio valde rara, recentior tamen ea, quam curarunt Londinenses a. 1521. Respondit **Lutherus**, in opusculo, quod, **Vitembergæ** impressum a. 1522, ita inferibitur: **Mart. Luthers Antwort deutsch auf König Zeinriche von Engelland Buch.** N. 648. 2) a. 1525, f. loco, **Joh. Wiclefi Dialogorum libri IV;** quibus adherent **Joh. Husii Anatomia Antichristi, & alia hujus auctoris.** Editio adeo rara, ut, in Anglia & Belgio, vix comparari poterit aliquando CC florenis. N. 518. 3) a. 1543, Nürnberg, **Agendbüchlein für die Pfarrherren auf dem Land.** Ad exorcistarum formulam: **Jahre aus du unreiner Geist x.** monita leguntur hæc: **Dieses kan on Sünd auslassen, wer da wil; denn es one das im Gebet hernach folget. So ist das Creuz machen auch mer aus alter Gewohnheit, denn das es in der Schrift gegründet oder befohlen wer, bey der Tauffe bliben. Das Gebet aber soll man in keinen Weg auslassen x.** it. **der Exorcismus ist nit unrecht; denn er ist eben als ein Gebet x.** N. 1294. & 484. 4) a. 1586, Nürnberg, **Nürnbergisch Agendbüchlein für die Pfarrherren auf dem Land.** In cap. de actu copulationis f. benedictionis sacerdotalis, ex bibliis german. a. 1523. impressis, translata reperiuntur hæc: **Also sprach Gott zum Weibe: Du solt deine Kinder mit Kummer gebähren, und solt dich ducken vor deinem Mann x.** N. 1277. 5) a. 1591, Ingollstatt, **Conrad Oesterreichers ordentlicher Proceß, wie Christus, nach dem natürlichen, geschriebenen und Evangelischen Ge-**

satz,

fas, von wegen des ganzen menschlichen Geschlechts, nach Art der Libri mi-  
 Rechten, verurtheilt und verdammet worden. Verteutschet durch scellanei ra-  
 Georg Müller. N. 687. Asservatur scriptum non disimile (antiquius riores, im-  
 vero & inter prima typographicae artis rudimenta reponendum) in biblio pressi sec.  
 theca Lycei Camitiani. Habet formam folii; & quamquam, possessoris XVI sequ.,  
 forte cujusdam incuria, perierit folium primum, ex iis tamen, quae in quarta.  
 principio ac sine proposita sunt, intelligitur, quantum sat est lectori cu- Solgeri Cat.  
 rioso. Pagina prima continet hanc observationem: Sie hebt sich an ein P. II.  
 gut nützlich buch von d' rechtlichen überwindung Xpi wider Sathan den  
 fürsten der helle vn̄ des sünders betröstung. Als man erfindt. a7l. q. iij.  
 Porro. Quae, pagina ultima, subjunxit auctor, insunt in nota hujusmo-  
 di: *Processus judicarius Belial intitulus d' latino in vulgarem stilum mirifice*  
*translatus. opus in qd egregium commendandūq; finitq; faustissime. Quem*  
*eris figuris (at ligno incisæ videntur) Anthonius sorg. in cesarea vrbe Augu-*  
*stenfi. foeliciter atque dignissime perfecit. Anno Dni Lxxix. In vigilia puri-*  
*ficationis Marie. 6) a. 1643, Lugduni, a. S. Carolo (Lud. Jacobi)*  
 Bibliotheca Pontificia; duobus libris distincta. Auctorem hujus  
 operis, Bibliothecarium Romanum, rudem indoctumque fuisse, aut cer-  
 te in historia Reformationis hospitem, satis manifestum est. Audiamus  
 Reimannum, in *Bibliotheca Theol. P. I. p. 93. f. Mirum, inquit, sibi*  
*placet homo in prefatione ad lectorem cat. Tres annos legisse (gloriatur)*  
*priusquam se ad scribendum accinxerit; Bibliothecas omnes in Italia & Gallia*  
*perreptasse cat. Sed totum syntagma est osseum, nihil adipati, nilque me-*  
*dullarum habens cat. Genus docendi est inaequabile & pueriliter affectatum.*  
*Scripta plurima allata pro genuinis, quæ sunt supposititia; falsa pro veris;*  
*dubia pro certis; edita pro ineditis; Scriptores plures habiti pro uno, unus*  
*pro pluribus; Lutherani habiti pro Calvinistis cat. Et, ut ex hoc ungue leo-*  
*nem existimare queas, evolvestis pag. 455, ubi ARTICVLVS ALSMALDI-*  
*CVS (Smalcaldicus) dicitur Scriptor Germanus & Lutheranus,*  
 qui librum de Primatu Papæ condiderit cat. Scilicet Artic-

*Libri miscellanei rationale* quartus (in Smalcaldicorum P. II,) qui de Papatu docet, quod *Papa non sit jure divino cat.*, & in cujus appendice habetur *Tractatus de potestatiore, im- te & primatu Papæ, per Theologos, Smalcaldie congregatos, conscriptus, presci sec. XVI. sequ.*, hic, inquam articulus quartus (cf. Concordia Pia, ed. Lips. a. 1742, in oct., in quarta. p. 312. & 340. seqv.) *lepida ignari hominis metamorphosi, transfiguratus est in*

*Solgeri Cat. scriptorem.* N. 1640. 7) a. 1700, Londini, *Oratio Dominica*

P. II. πολυγλωττος, πολυμορφος, nimirum plus centum linguis, versionibus, aut characteribus, reddita & expressa cat. N. 980. In *Tabulis geographico-grammaticis*, quas me Francofurti, apud S. R. PLITTIVM invenisse, retuli (Commentat. hujus P. I. Sect. VII. N. 1. a.) legitur *orationis Dominicæ pars, prima videlicet petitio cum Patris cœlestis compellatione, omnium omnino gentium linguis expressa.* Pariter, a. 1603, Francofurti ad Mœnum prodit: *Prob einer Verdollmetschung in funfzig unterschiedenen Sprachen, darin das heil. Vater Unser, der Englisch Gruß ic. transferiret ic. durch Hieron. Megiserum;* in f. octava. Cf. S. C. P. III. N. 2100. 8) a. 1713, Francofurti & Lipsiæ, Frid. Ern. Kettneri *Historia dicti de Sanctissima Trinitate, 1 Joh. V, 7., per multa secula omisi, seculo V restituti, & ex eunte seculo XVI, in linguam vernaculam, recepti; una cum Apologia Lutheri.* N. 187. Joh. Gerhardi *Commentatio uberior, in eundem locum biblicum,* edita est Jenæ, a. 1721. Cf. N. 215. 9) a. 1731, Francofurti ad Mœnum, Jo. Fr. Starckii *Commentarius in Prophetam Ezechielem cat.* N. 139. *Laudibus exornato commentatore optimo, in Bibliotheca Lilienthalii, P. I. p. 719., subjuncta leguntur hæc: Es wird sich nun hoffentlich kein Prediger, der, über den Ezechiel, predigen soll, zu Tod, grâmen dürfen, wie in Rambachii Erklärung der Institutionum hermenevtic., P. II. p. 317, von einem Gothaischen Prediger, erzehlt wird, daß er, aus Kummer, gestorben sey, weil er keinen Commentarium darüber finden können.*

§. 3.

*Libri miscellanei rationale*

In forma octava: 1) a. 1504, sine loco, *Dictionarium pau-*

SECT. IV. DE BIBLIOTHECA NOR. SOLGERIANA. CXV

pauperum; omnibus Prædicatoribus verbi divini pernecessarium; in quo riores im-  
succincte continentur materie & sermones, singulis festiuitatibus totius anni tam presi sec.  
de tempore quam de Sanctis accommodande cat. N. 241. Opusculum, in XVI sequ.,  
ter illius ætatis thesauros, forte reponendum. Anno 1554, Leonbardus, in octava.  
quidam Culmannus, Noribergæ, in publicum emisit **Thesaurus** Solgeri Cat.  
**théologicos pro miseris NB. parochis, Christi Evangelium in** P. III.  
**miseria & inopia librorum docentibus,** cat. N. 718. 2) a. 1522, sine lo-  
co, **Min Betbüchlin der Zehen Gebot, des Glaubens, des Vatter Un-**  
**fers und des Aue Marien. D. Martini Lutheri.** Libellus, in membra-  
nis impressus, & summe rarus. Plag. H. p. 2. Lutherus Deum orat pro  
salute animarum, quæ sint in purgatorio cat. N. 297. 3) a. 1530, sine  
loco, **Deutsch Catechismus.** Gerneret mit einer neuen Unterrichts  
und vermanung zu der Beycht. **Martin Luther.** N. 471. Quæ a  
Luthero tradita fuerat institutio & cohortatio, eam, ut opinor, fundamen-  
ti loco habuit Johannes Knippstrovius, Antistes Pomeranus, cui de-  
betur catechismi nostri caput V de Confessione, anno demum 1554. ad-  
jectum. 4) a. 1544, **Eleutheropoli, Pasquillorum Tomi duo.**  
N. 2003. Liber, in quam plurimis rarioribus principi loco ponendus.  
Dan. Heinsius suo exemplo adscripsit: *aureis veneo centum!* Cel. SOI-  
GER suum æstimat *centum florenis* ext. Mihi quidem contigit, ut post  
exemplar Camitianum in Lusatia, & aliud Francofurti visum <sup>1)</sup> Norim-  
bergæ, hoc invenirem tertium. 5) a. 1606, Bamberg, **Johann Phi-**  
**lipps, Bischofs zu Bamberg, Verbüchlein.** N. 304. Ortus fuit  
auctor ex illustri familia Baronum a Gebfattel; electus *Episcopus*, a.  
1598, denatus a. 1609. Nostrates eundem veritatis evangelicæ testibus  
accensent; quoniam ex hoc opusculo elucet pereximia in cogitando  
dexte itatis piæque probitatis significatio. Tales scilicet ad DEVM pre-  
ces composuit præse ipsitque auctor, Episcopus, ut *sine periculo & offensa*  
*orare cum ipso possint CHRISTI cultores evangelici.* Sola nixus DEI tri-  
nuni-

<sup>1)</sup> Conf. hujus Commentat. P. I. Sect. VII. N. 1. litt. b.

nunius misericordia & SALVATORIS merito, ne unum quidem e sanctis  
 cœlitibus compellans, per quam caute omnes omnino concinnavit pre-  
 cum formulas, ad præceptum Petri, Apostoli, Act. IV. v. 12., quod prin-  
 cipii loco commendavit, in altera post titulum pagina. Atque hæc edi-  
 tio prima, ab ipso auctore revisa, merito anteponi solet posterioribus.  
 6) a. 1638, Londini, Virgilio Evangelisantis Christiados Li-  
 bri XIII; in quibus omnia, quæ de Jesu Christo in utroque Testamento vel  
 dicta vel prædicta sunt, alifona divina Maronis tuba suavissime decantantur.  
 Inflante Alexandro Rosæo. No. 841.

§. 4.

Libri mi-  
 scellanci ra-  
 riores, im-  
 pressi sec.  
 XVI. sequ.,  
 in forma  
 duodecima  
 cet.

Solgeri Cat.  
 P. III.

In forma minima: 1) a. 1624, Lüneburg, Vier Bücher  
 vom Wahren Christenthumb, durch Johann Arndt Weiland  
 General-Superint. N. 2635. In Catalogo Cardinalis Barbarini, impresso  
 Romæ a. 1681, auctor hujus opusculi cognominatus legitur NB. Wei-  
 lant. 2) a. 1627, Parisiis, Hugonis Grotii Sensus librorum  
 sex, quos pro veritate Religionis Christianæ Batavice scripsit.  
 N. 2615. Editionis rarissimæ exemplar, cujus pretium auxit Grotius  
 præmittendo epistolam, manu ipsius propria exaratam. Affatus est  
 auctor Saravium his verbis: Mitto tibi, vir optime & inter amicos ami-  
 cissime, Benoni, id est, filium doloris mei, quem utinam Deus faciat Ben-  
 jamin, id est filium dextere non mee, sed suæ, quo omne, quod a religione  
 universim sumta, aut speciatim a Christiana, alienum est, educatur ægrotis &  
 periclitantibus animis, quibus inter alia mala sæcundum est hoc seculum cat.

§. 5.

Scripta hi-  
 storico-po-  
 lemica, hi-  
 storiam sa-  
 mose Jo-  
 hanne Pa-  
 pissæ concer-  
 nentia.

Incidens ego (cum de scriptis rarioribus, in profectioe visis, ex-  
 ponerem, Commentat. h. P. I. Sect. IV. Obf. 3.) in Libri de claris mulieribus  
 mentionem, non poteram non attingere notissimam Papissæ puerperæ histo-  
 riam. Monebam quoque breviter, quæ de Johanna Papissa non tantum  
 litteris consignata scribarum, sed typis impressa, sunt, ea multum supe-  
 rare



SECT. IV. DE BIBLIOTHECA NOR. SOLGERIANA. CXVII

rare antiquitate sua Protestantium etatem. Jam vero lustrabimus parum-  
 per inscriptiones aliorum, quæ huc pertinent, operum in bibliotheca cel-  
 SOLGERI cat. obviourum; e quibus manifesta fit summa, inter scriptores  
 seculi decimi sexti & septimi, de narrate rei veritate dissensio. Prodierunt  
 videlicet 1) a. 1559, sine loco, in oct., des Bapsts Kindbett. *Ein hanna Pa-*  
 Zistori von Bapst Hansen dem Achten, welcher ein Weib gewesen *re. pisse concer-*  
 Editio rara Vergerii. Cf. Solgeri Cat. P. III. N. 897. 2) a. 1563,  
 in Venetia, Della Selva di varia lettione Particingve. *Di*  
*nuovo ristampate & corrette*; in octava. ib. N. 2188. In Partis I. cap. IX.  
 omnis, de Johanna Papissa enarratio plene ac perspicue exhibetur, neque  
 minus in editione Hispanica; in Gallica vero, quæ secuta est anno 1643,  
 eadem desideratur. 3) a. 1584, Ingolstadt, Ge. Scherers Bericht,  
 ob es wahr sey, daß auf eine Zeit ein Pabst zu Rom schwanger ge-  
 wesen *re.* in qv., P. II. N. 1124. 4) a. 1598, sine loco, schediasma:  
 Daß die Jesuiter fälschlich fürgeben und vergeblich streiten, Pabst Johan-  
 nes VIII sey kein Weib gewesen. Aus dem Latein verteutsch. Ibid. N.  
 753. 5) a. 1616, Oppenheimii, Johanna Papissa toti orbi ma-  
 nifestata, adversus scripta Roberti Bellarmini, Cesaris Baronii, Florimun-  
 di Remundi & aliorum Papicolarum, quibus impudenter negant, Johannam  
 hanc Papissam fuisse unquam; in duodecima. P. III. N. 2293. 6) a.  
 1616, in Venetia, Di Pietro Messia Selva rinovata di varia  
 lettione divisa in cinque Parti; in quarta, cum figuris. Editio recen-  
 tior non castrata, continens & historiam & effigiem Johanne Papisse. S. C.  
 P. II. N. 1958. 7) a. 1626, De Pierre Messie les diverses Le-  
 çons, a Rouen, in octava. Editio Gallica antiquior, mutilata, P. I.  
 cap. IX, ubi Johanna Papissæ historia neutiqam occurrit. P. III. N. 2181.  
 8) a. 1635, tot Wesel, Egbert Grim, Pastor van de Kerke Christi  
 igt Groot-Britannien ende Professor in de Schole tot Wesel, Pauselyke  
 Heligkeyt, dat is, Catholyk ende aubentyk Vertogh dat Johannes, ge-  
 meenlyk Paus Jutte genemt *cat.*; in quarta. Opus, inter omnia hu-  
 jus

Scripta hi-  
storico-po-  
lemica, hi-  
storiā sa-  
mosa Jo-  
hanna Pa-  
pisse concer-  
nentia.

jus argumenti, illo tempore, princeps & amplissimum, cujus exemplar, quam plurimis variorum testimoniis, in margine scriptis, refertum, invenit b. ab Uffenbach, in bibliotheca Michaelis Richey, Rectoris Stadenfis. Vid. Ejus merkwürd. Reisen, P. II. p. 154. 9) a. 1645, Colonia Agrippinā, Leonis Allatii Confutatio fabulæ de Joanna Papissa cat. in oct. P. III. N. 894. 10) a. 1647, a Amsterdam, Familier Esclaircissement de la Question, si une femme a esté asfise au Siege Papal de Rome, entre Leon IV. & Benoist III. par David Blondel; in octava. Scriptum, cujus auctor in dubium vocavit rei dijudicandæ certitudinem. P. III. N. 818. 11) a. 1657, Amstelædami, ejusdem Davidis Blondelli de Joanna Papissa ἀνάκρισις; in octava. Ibid. N. 1930. 12) a. 1658, Groningæ, Sam. Maresii Johanna Papissa restituta; in quarta. S. C. P. II. N. 884. 13) a. 1677, Lugduni Batav., Historia Johannis VIII, Romani Pontificis, Virum primum simulantis, postea sexum suum partu in publica via edito prodentis, a Jesuitarum imprimis technis vindicata; in duod. P. III. N. 2773. 14) a. 1717, sine loco, Scriptoris pariter anonymi Offenbahres Pâbstliches Kind: Bette, oder gründliche Zeugnisse uhralter berühmter Scribenten, so meist vor Luthero gelebt, zu beweisen, daß Pabst Johannes der Achte eine Weibs-Person gewesen etc. in oct. Ibid. N. 2525. 15) a. 1720, a la Haye, Histoire de la Papesse Jeanne, fidelement tirée de la Dissertation Latine de Mfr. de Spanheim. Tom. II. par Lenfant; in oct. Ibid. N. 912. Possidet itaque SOLGERVS versionem Gallicam Exercitationis de Papa femina, quæ habetur, in Friderici Spanhemii Operum Tomo II. p. 577. seqv. 1) Standum sibi putavit auctor ab eorum partibus, qui, veram esse, judicarunt, historiam Johannæ cat. Sed ipse Jacobus Lenfant idem sensit, cum aliis doctoribus, qui dubitarunt, utrius disidentium partis opinio propius ad veri-

1) Tertium edidit Lenfant Exercitationem Spanhemii, accuratius digestam variisque accessionibus auctam, anno 1736, in duodecima.

SECT. IV. DE BIBLIOTHECA NORIMB. SOLGERIANA. CXIX

veritatem accederet. Neque ab his discedendum putavit b. Joh. Laur. Scripserat *hi-*  
**MOSHEMIUS**, dum lumen majus exoriatur. Conf. Ejus Institutiones *Historico-po-*  
 storix Christianæ antiquioris, P. I. Sæc. IX. Cap. II. §. VII. p. m. 563. f. *lemica, hi-*  
 ubi æquisimus rei, ad disquirendum proposita, arbiter differit hoc mo- *storiæ sa-*  
 do: *Jobanna Papissa sexum callide celasse, Leoneque IV mortuo, cunctorum* *banne Pa-*  
*suffragiis, ob eruditionem & virtutes, in solum Pontificium, elata esse dici-*  
*tur. Nec, per quinque sæcula, vel Græcorum vel Latinorum alicui res falsa* *pisse concer-*  
*fuit visa, aut dubia. Post sacrorum vero, quam Lutherus suscepit emenda-*  
*tionem, non Pontificis tantum fautores, verum etiam NB. ingenui & eruditi*  
*aliarum partium viri, testibus eam carere exceptione majoribus, immo accura-*  
*te temporum computationi adversari ext., contenderunt. Sunt, qui judicant,*  
*doctissimi homines, causam hanc a neutra parte ita esse adhuc actam, ut ter-*  
*minata dici queat, ab illis, qui nihil sibi credendum esse, nisi quod liquet, ar-*  
*bitrantur. Eorum, qui negant, extitisse Papissam, rationes, post Blon-*  
**dellum** ext. ingeniose congesit **Petrus Bayle**, *Dictionaire* T. III.  
 sub voce *Papeffe*. *Utriusque partis argumenta* concinne simul exhibue-  
 runt **Jo. Christoph. Wagenfeilius**, in **Jo. Ge. Schelhornii** *Amanit.*  
*literar.* P. I. p. 146. seqv.; & **Jac. Basnage**, *Histoire de l'Eglise* T. I.  
 p. 408. seqv. *Ancipiti cogitatione distracti ac dubii hæserunt, præter Len-*  
**fant**, **Paulus Sarpus**, *Lettere Italiane*, Lettr. LXXXII. p. 452.; **Theod.**  
**Hafæus**, *Bibliotheca Bremensis* T. VIII. p. 935.; **Christoph. Matth. Pfaf-**  
**sius**, *Institut. Hist. Eccles.* p. 402, ed. secunda. Scriptorum de hac ma-  
 teria multitudinem justo majorem esse, pronuncians **Moshemius**, pluri-  
 ma, docet, enumerata in **Casp. Sagittarii** *Introduct. in Hist. Ec-*  
*cles.* T. I. Cap. XXV. Orationem sat longam expressi de bibliotheca  
 Solgeriana. Sed quærendus nunc est in dicendo modus, temporis, im-  
 penlarum, chartæ, modo accommodatus & congruens. Quam ob rem  
 attingi tantum, non exponi plenius, poterunt res & Noribergensium re-  
 liquæ & Academix Erlangensis.

## SECTIO V.

DE BIBLIOTHECA REIPVBLICAE NORIM-  
BERGENSIS.

## §. I.

**A**sservantur thesauri hujus bibliothecæ, continenturque custodia publica, in ædificiis ecclesiasticis, cœnobio quondam S. Sebaldi, ubi habitant Ecclesiæ Ministri. Atrium ejus amplum est & angulatum, commissurâ junctum & e regione positum bibliothecæ Solgerianæ conclavibus. Exstructum videlicet atrium hoc, in cœnobia contignatione superiori, aulam ejus quadratam suo cingit ambitu, duabus partibus extensum in longitudinem, una vero, quæ media est, in latitudinem. Ex aula venit in atrium ascendendo per scalas, quæ, in Leopoldi, Cæsaris, honorem edificatæ, Cæsarearum nomen sortitæ sunt. Disputabat laudatus Antistes SOLGER, Bibliothecarius, de Jo. Mich. DILLHERRO, qui gratulari cœperit Imperatori adventum his verbis:

*Salve, Progenies Divum! Salve, Inclyte Cæsar,*

*A Summo summum Numine culmen habens!*

*Dum nunc ingrederis, permagnum ostendis amorem*

*In Musas, quarum Tutor & Altor eris cæc.*

Plura vide sis in *Crusii Vergnügungen müßiger Stunden* &c.

## §. 2.

Comportandos curarunt Patres conscripti Noribergenses in sacrum hoc libros, undique conquisitos ex aliis monasteriis, adauxeruntque illorum multitudinem tanto studio, ut perquam insignia conspiciantur forolorum ornamenta; quæ idoneis laudibus affecerunt Jo. Saubertus, in *Historia Bibliothecæ Reip. Norib.*, Noribergæ a. 1643, in oct., & Jo. Jac. Leib-

Leibniti<sup>us</sup>, in opere, quod inscrib.: *Memorabilia Bibliothecæ Norib.*, h. e., *Naturæ admiranda, Ingenii humani artificia, & Antiquitatis monumenta* cæter., cum figuris, impr. a. 1674, in 4<sup>ta</sup>. Cf. Solgeri Catal. P. III. N. 29II. & P. II. N. 1549.

## §. 3.

*Decus & ornamentum* bibliothecæ princeps est Codex Liturgicus manuscriptus, in VIII voluminibus amplissimis, quæ habent formam folii maximam. Constituunt hæc volumina, quorum nulla unquam secuta est ἀπογραφή, speciem sui generis, ut cum philosophis loquar, monadicam. Continent vero preces, cantilenas, & alia, litteris Gothicis nitidissime scripta sermone latino, picturisque splendidis condecorata. Ego quidem accepisse mihi videor a cæl. Bibliothecario, quod concinnaverit opus illud pretiosissimum virgo sancta s. monacha ex ordine Carthusianorum, idemque perfecit ac finiverit, scribendo consumptis pluribus annis, Norimbergæ, anno 1458. Sed Msr. de Blainville, in rerum Norimberg. memoria, tradidit hæc: Acht große Folio-Bände, die lateinische Kirchen-Gesänge und Gebete enthalten, sind von einer Dominikaner-Nonne, Margaretha Cartheuserin, zu Nürnberg zc. geschrieben zc. Der erste Band wurde 1458, und der letzte 1470, vollendet, so, daß diese Jungfer nicht mehr, als zwölf Jahre zugebracht, diese acht Folianten zu schreiben und zu mahlen, wovon der geringste wenigstens fünf Zoll dick ist; und dennoch sagt man, sie habe keine andere Zeit, als ihre Ergözungstunden dazu angewendet. Cf. Der Extrakt aus dessen Reisebeschreibung den Zustand von Nürnberg betreffend, impr. a. 1765, S. 50. f. Asservatur etiam in hac bibliotheca Liber Precum, a Judæis מחרור (Machfor) dictus, codex manuscr. membran., in folio; in sanctissimum SALVATOREM & Christianos injuriosissimus; de quo D. Würffelius, in Relatione histor. de Judæis a. 1499. civitate Norimbergæ ejectis, in 4<sup>ta</sup>, ed. Norimb. 1755. Ibidem vidi effigiem Mariæ Magdalene; granium cornutum;

tum; vitrum Lutheri, cum inscript.: *Dat vitrum vitreo Jone (Juslo)*  
*vitrum ipse Lutherus cat., & plura, de quibus alias.*


## SECTIO VI.

### DE REBUS ERLANGENSIVM.

**P**rætermisiss, quæ notavi, cæteris omnibus, quam brevissime potero, agam *de fanatico homine*, qui turbare cœperat ecclesiam Erlangensem anno MDCCLXIII, & cujus miseram, in nova religione fingenda, stultitiam, aut si mavis, delirationem, mihi exposuerunt b. BVTSTETT ac cel. KIESLING. Erat iste in urbe, Erlanga, civis textorqve sericarius (ein *Sammet-Wirfer*), nomine Dambach. Sitne superstes adhuc, an alvi purgatione consumptus, me fugit. Extremum quidem facili negotio potuisset evenire; cum *sonniaverit* homo perversus, *si quis munditiam a peccatis sibi velit comparare, primo loco ipsi faciendum illud esse, ut sordibus vacuum reddatur corpus medie atqve crebris alvi purgationibus, per triduum continuatis.* Putabatur præposterus Dambach in eandem secum fatuitatem traxisse non plebejos tantum homines, sed etiam unum ex eruditiss. Veruntamen induci neqveo ad credendum, quod ad opinionem ejus male sanam serio accesserit quisquam vere sapiens. Cujus enim superstitionis figmenta vel a similitudine veritatis nimium abhorrent, ea imbecilli est animi atqve anilis. Docuit præterea Dambach, *in sanctioribus literis quæ legantur, ea nil pertinere ad nostræ ætatis homines*, quoniam scripta non sint, nisi in gratiam & usum eorum, quorum ætas in Jesaïæ, Pauli cæt. tempora inciderit. Proinde sprevit ac *rejecit Ministerium Ecclesiasticum.* Edidit quoque alia singularis amentia documenta, quæ sunt generis ejusdem. Domi suæ, caninam subinde prodens quoslibet allatranti cupiditatem, verberibus non raro excruciauit uxorem, porrexitqve forsitan, ejus corrigendæ causâ, pariter crebro, alvi per-

SECT. V. DE BIBLIOTHECA REIPUBLICÆ NORIMB. CXXIII

perpurgandi remedia. Liqvet igitur, e superbia, insolentia & inhumanitate natum esse nugas excogitandi, in deliro homine, studium. Neqve profecto dignus fuit effrenus iste nugator, qvocum decertaret quisqvam eruditorum refellendi contentione; namqve in ægrotis numerandus videtur, qvibus optime consuli potest incidendo venas, ut, per sanguinis fluxionem diminuta, supprimantur & inanis arrogantia, hujusqve comes, perversitas, & fervor ingenii exuberantis. /o



Emendanda.

Pag. VI. línea 24. lege reddidit.

P. XIII. l. 5. lege *Lusatus*.

l. 1. 24. pon. *iüverit*.

P. XIV. l. 7. *tertio post Nonas*.

P. XV. l. 7. post *titulos* inser. *ac sententias*.

l. 12. leg. *ERFORDIÆ*.

P. XXVII. l. 17. leg. *Dom. XXV. p. Trinit.*

P. XXVIII. l. 22. l. *FALCKENHAVSEN*.

P. XXXIII. l. 16. *singulos*.

P. XL. l. 28. inser. *Conventus*.

l. 30. pon. *Henrici VIII*.

P. XLVIII. l. 16. p. *basis*.

P. LII. l. 4. post *CHRISTI* pon. *EST*.

l. 19. leg. *ERLANGENSIS*.

P. LV. l. 20. *dulcissima*.

P. LXXVI. l. 13. *CHRISTI*.

P. XCII. l. 18. *effigiem*.

l. 24. post *vendidit* inser. (*quodlibet*).








06 12 86.4

S

wrc





COMMENTATIONIS  
DE  
ITINERE, IN HELVETIAM FACTO,  
*SPECIMEN PRIMVM,*  
QVO  
VIRO PERILLVSTRI,  
**HENRICO CHRISTOPHORO  
SCHVSLERO,**

IVRIS VTRIVSQVE DOCTORI CELEBERRIMO,  
SERENISSIMI ELECTORIS SAXONICI A CONSILII AVLI-  
CIS ET IVSTITIAE,  
REHNSDORFII, GERSDORFII SVPERIORIS &C. DYNASTAE, MVNERIS ECCLES-  
ASTICI GERSDORFIENSIS COLLATORI SPECTATISSIMO,

**PATRONO,**  
SVMMA OBSERVANTIA, AD CINERES, VENERANDO,  
SENECTVTEM BEATAM, INSIGNIA DE PVBLICA SALVTE MERITA,  
ET FELICEM, EX LVSATIA INFERIORI, REDITVM,  
pie gratulatur

Christianus Henricus Müller, Phil. Mag.,  
Gersdorfiensium, in Lusatia Sup., Pastor,  
Societatum, Latinae Ienensis & artium liberalium Lipsiensis,  
collega.

---

FRIDERICOSTADII,  
TYPIS HAGENMVLLERIANIS, ANNO MDCCLXVI.